sit annexus bonis allodialibus, & hæreditati D. Ioannis de Acuña hic patronatus de Almeida, in eo nihil potest legitimatio operari.

63 Secundum, nam D. Hieronymus non est hæres directè D. Ioannis de Acuña eius patris, sed ex fideicommisso, quia vt constat ex eius testamento, hæredem instituit vniuersalem omnium bonorũ D. Franciscum Nuñez Vela eius sobrinum patrem D. Antonij, sub grauamine restituendi hæreditatem dicto D. Hieronymo, quãdo legitimatus fuisset, & cum sequuta fuerit legitimatio, & restitutio hæreditatis, patronatus in hærede remãsit, & cũ hæreditate non transiuit in fideicõmissarium, ex doctrina Bart. *in l. quia perinde, §. restituta ad* Trebellian. Couarru. *lib. 2. variar. cap. 18. num. 8. & in cap. Rainuntius, §. 9. num. 8. 11. & 12. de testament.* Gregor. Lopez *in l. 12. tit. 5. part 6. gloss. 11.* Giarba *ad statuta messanens. cap. 1. glos. 2. num. 53.* Garcia *de beneficijs 5. part. capit 9 n. 17.* Noalis *de transmissionibus casu 60. num 9.* Barbosa *de officio Episcopi allegat. 71. num. 9. & in collectanea ad cap. 1. de iure patronat. num. 10.* Viuian *de iure patronat. lib. 4. cap. 2. n. 76. & cap. 5. num. 28. versic. Non tamen* Riccius *in praxi de iure patronat. resolut. 179.* Fusarius *de substitutionibus quæst 634. num. 2.* Lotherio *de re benefic. lib. 2. quæst. 11. ex num. 29.* Ciarlin. *controuers. 1. num. 40 52. 53.*

64 Tertium, quando non militarent duo obstacula præcedentia, ad petendam manutentionem, necessarium erat, quòd D. Hieronymus possideret tempore litis motæ, *§ retinende instituit. de interdictis cap. cùm veniissent de institut* quod deficit, quia patronatus possessionem non apprehendit præsentando, vt supra dictum est, & ei suffragari non potest possessio D. Ioannis de Acuña eius patris: nam ad adquisitionem est necessaria possessio, quæ nõ transfertur absque facto apprehensionis, *l. cùm hæredes, ff. de adquir. possess.* & in possessione præsentandi, Mantica *decis. 88. num. 5.* Ludouis. *decis 222. num. 7.* & ibi, *additio num. 12.* Viuian. *de iure patronatus lib. 5. cap. 2. num. 16. & cap. 4. num. 67. & decis. 43. post tractatum,* vbi latè hæc conclusio probatur, Riccio *in praxi Eccles. part. 1. edit. 1. decis. 192. num. 201. & in praxi iuris patronatus resolut. 220 & 226.* Barbosa *de iure Ecclesiæ lib. 3. cap. 12. n. 190.* Posthio *in tractat. de manutent. obseruat. 55. num. 23. & num. 33.* vbi in specie loquitur de quasi possessione præsentandi, *& obseruat. 71. num. 50.*

65 Nec pro possessionis actu potest præsentatio D. Hieronymo prodesse, præcipuè pendente hac causa eius filio mota: nam vt possessio turbatiua, & à qualis sumit originem, ad nullum iuris effectum est attendenda, *gloss. verbo pacificam in cap. commissa de electione lib. 6.* quam ibi ad hoc notat Archidiaconus *num 1.* Socinus *consil. 76. num. 4 lib 1.* Decianus *cons. 54. num. 28. & 29. lib. 4.* Rota apud Ludouis. *decis. 4. num. 2. & ibi additio litera A. & decis. 561. num. 4.* vbi fuit resolutum possessionem, à qua lis sumit originem, non esse manutenibilem, Cancer. *lib. 3. variarum cap. 4. num. 95. & 96.* Fontanela *de pactis nuptial. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 10. num 56. & 57.* Ramon *cons. 56. nu. 5. & 6. & sequent. & consil. 58. n. 3.* Posthio *obseruat. 17. num 44. & sequent.*

66 Et in indiuiduo in præsentatione, quæ dedit causam liti, quòd non sit manutenibilis, Rota per Ludouis. *decis. 417. num. 8.* Posthio *dict. obseruat. 17. num 47. & 48.*

67 In quantum ad secundum casum, quando est patronatus gentilitius, vt dubitari non potest hunc futurum, quando hæreditarius nõ fit, nam omnes præsentationes, quæ præcesserunt fundationem maioratus instituti à Christophoro Vazquez de Acuña, fuerũt factæ per illos familiæ de Valentia, vt supra probatum est, *num. 34.* & plurimum ab probationẽ conducunt confessiones factæ à D. Ioanne de Acuña, & fratre in præsentationibus factis dum vixit, de quibus supra, in quibus D. Antonius Vela D. Antonij auus dicebat ad se pertinere maioratum ab antiquo, quod à D. Ioanne de Acuña non inficiabatur, ex quibus confessionibus manifestè probatur qualitas ipsius patronatus, & quòd sit gentilitius, vt in terminis tradit Rota apud Viuian. *decis. 41. post tractat. de iure patronatus,* quę habetur apud Farin. *decis. 287. tom. 2. in posthum.*

68 Extante hac qualitate gentilitia, illegitimus, nec spurius succedere nõ possunt in hoc iure patronus, ex fundamentis relatis à Doctoribus *num. 60. & 61. citatis,* nam spurij, & illegitimi de familia non sunt, nec à iure ciuili cogniti, nec merentur nomen consanguineorum, Bart. communiter receptus *in l. tutelas de capitis diminutione* Rochus de Curte *de iure patronatus, verbo competens alicui, num. 10. versic. Hanc tamen conclusionem limitarem, vt non procedat quando ius patronatus ex sui natura, vel institutione competeret solùm illis de parentela, tunc enim non competeret bastardis, vel illegitimè, natis, quia tales non sunt de parentela,* Rota apud Farinac. *decis. 121. num. 9. part. 1. in recentior.* Gratianus *tom. 2. cap. 218. num. 13. & 14. & tom. 3. cap. 521 num. 34.* Viuian. *de iure patronat. lib. 4 cap. 2. num. 65. cum duobus sequent. & lib. 14. cap. 2. num. 57.* Riccius *in praxi Eccles. decis. 203. & in praxi de iure patronatus resolut. 161.* Lupus *de illegitim. commentar. 1. §. 3. num. 23.* Lotherius *de re benefic. lib. 2. quæst. 11. num. 139. 140.*

69 Nec in hoc casu vtilis esse potest D. Hieronymo legitimatio, vt in specie resoluunt, Gratian. *dict. cap. 218. num. 12.* Lotherius *dict. num. 140.*

(† ❋ †)

In

In quantum ad dispositionem Christophori Vazquez de Acuña.

70 QVando Christophorus de Acuña in patronatu succesisset cum qualitate hæreditaria (vti præsumitur, vt supra dictum est *num.* 11.) potuit illum includere in maioratu, & melioratione tertij & quinti facta in fauorem D. Ioannæ de Acuña suæ neptis, *vt supra ex num.* 12. & quando gentilitij qualitatem haberet, quod est difficilius, & illum vinculare non posset, derogando iuri cæterorum de familia, & ius præsentandi restringendo ad solum primogenitum, huius impugnationem facturi erant consanguinei præiudicati, eo ordine, quo vocati sunt, *l. peto, §. fratre, vbi gloss. verbo ex familia de legat.* 2. & in specie, ita aduertit Riccius *in praxi Ecclesiastic. part.* 1. *edit.* 1. *decis.* 216. *num* 301. *& in prax. iuris patronatus resolut.* 284. *versic. Aut ius patronatus non ab ipso patrono*, & cum non succedat dictus D. Hieronymus stante spuritate, vinculum factũ ab auo impugnare non poterat, & ei opponi poterat quoad te liberas ædes habeo, *l. loci corpus, §. competit, ff. si seruitus vindicetur*, & excludi poterat ex non iure agentis, *l.* 2. *ff. si pars hæreditatis petatur, Thesaur. decis.* 4. & cùm sit hæres D. Ioannis de Acuña eius patris, factum illius impugnare non poterat, *l. cùm à matre, C. de rei vindicat.* & in terminis Viuian. *in praxi iuris patronat. lib.* 4. *cap.* 9. *num* 48. *& 49.* vbi resoluit, hæredem nõ posse impugnare factum defuncti mutantis qualitatem patronatus.

71 Cùm sit igitur hic patronatus vinculatus, & annexus melioration tertij & quinti factæ à Christophoro Vazquez de Acuña proauo D. Hieronymi, prædictus D. Hieronymus non potest succedere, quia spurius est, & incapax, ad hoc, vt in eo possit maioratus institui, Molin *lib.* 2 *cap.* 11. *num.* 26. & ad succedendum Gregor. *in l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. *gloss.* 10. *q.* 8 Molin. *lib.* 1. *cap.* 4 *num.* 46. *& lib.* 3 *capit.* 3. *num.* 41. *& cap.* 7. *num.* 4. Auend. *in l.* 40 Taur. *gloss.* 11. *num.* 43. Mieres *part.* 2. *quæst.* 2. *num.* 1. *& per totam.* Flores *lib.* 1. *variar. quæst.* 16. *n.* 2. *vsque ad* 37. *& in additione ad Gammam decis.* 2. Garcia *de benefic. part.* 7. *cap.* 15 *num* 50. Castillo *tom.* 2. *cap.* 30. *num.* 18. *& tom.* 5. *cap.* 67. *num* 29. *fol.* 8 7. *col.* 3. *versic. Et quo absolutè & distinctè cap* 8. *num.* 41. *fol.* 161.

72 Nec ad successionem vtilis erit Regia legitimatio. nam quando plenissima esset, legitimis successoribus præiudicare non potest, ex præsumpta mente Principis, Alexand. *consil.* 94 *num.* 7 *versic. Et dic lib.* 1. Rutir. *consil.* 72. *n.* 18 *lib.* 3. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 32. *num.* 69. Molina *lib* 3. *cap.* 3 *num.* 24.

73 Et quando D. noster Rex in dicta legitimatione D. Hieronymum habilitaret, vt posset succedere in patronatu in legitimorũ præiudicium, adhuc non valeret ex defectu potestatis vt post Peregrinum tradit Fusar. *q.* 407. *aliàs* 408 *num.* 76. & necessaria erat causa publicæ vtilitatis, Molin. *dict cap.* 3 *num.* 10 Mieres 4 *part. quæst* 1. *num* 30 *in* 1. *editione*, Peregrin. *in d. art.* 43 *n.* 65 *& 66.*

74 Sed in nostro casu hæc cessat controuersia, quia non est plena legitimatio D. Hieronymi, sed dispensatio vt succedat in eo, quod pater ei relinquere voluerit, ex quo nullum ius habet, nec successionem à patre destinatã impugnare potest, vt per Molin. *lib* 3. *cap.* 3. *num.* 37. *& 38* Paschal. *de patria potest. part* 2. *cap.* 4. *num.* 132. resoluentes, quod in his terminis filius spurius remanet incapax cuiuslibet successionis præter patris, in cuius est arbitrio, filio, quod voluerit, relinquere, & dispensatio relinquit D. Hieronymum in primo statu, siquidem frui non potest patris nobilitate, & alijs prærogatiuis legitimorum.

75 Cui ad litur, dispositionem D. Christophori Vazquez de Acuña, cui est annexus ius patronatus, continere vinculum, & maioratũ, *iuxta l.* 27 *Tauri, quæ est l.* 11 *tit.* 6. *lib* 5. *Recopilat.* quæ substitutionum formam assignat, vt primò legitimi descendentes succedant, & eis deficientibus illegitimi ius succedendi habentes, & in tertio loco ascendentes in quarto verò transuersales, quę forma seruanda est, vt per Angul. *in dict. l.* 11. *gloss.* 4 Castillo *tom.* 2. *cap.* 7. *num.* 2. *& capit.* 30. *num.* 1. & sicuti expressè hic ordo variari non potest, nec etiam tacitè adhibitis conditionibus, & expressis grauaminibus a successione excludẽtibus eos, qui præcisè vocandi erant, vt per Molin. *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 54. *versic. In hac tamen re*, Angul. *dict. gloss.* 4. *num.* 7. 8. *& 9.* Castillo *tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 44. *& 45. & tom.* 6. *capit.* 128. *num.* 2. 3. *& 4.* Quo supposito, cùm D. Antonius Vela legitimè à fundatore descendat, & D. Hieronymus sit spurius, quamuis expressè præferretur lineę legitimæ, succedere non poterat, & cùm sint vocati ad huius melioration successionem legitimi descendentes dicti fundatoris, spurij vocatio locum habere non potest.

76 Item ex alio capite excluditur præsentatio facta à D. Hieronymo Vela de Licentiat. Ioanne Martinez, quando eam facere potuisset, quia patronus laicus quamuis possit variare, hoc facere non potest lite pẽdente ob mortem primi nominati, dato alio nouo collitigante præsentato ab alio patrono, quia tunc actio, & præsentatio est attentata, *ex cap.* 1. *& 2. vt lite pendente lib.* 6. cuius decisio procedit in hoc casu, vt post plures tradit Gonçalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ gloss.* 51. *num.* 113. 114. Garcia 5. *part. cap* 9 *num.* 217. *& sequent.* Riccius *in praxi Eccles. fori tom.* 1. *editio.* 1 *decis.* 176. *num.* 125. *& sequentib. & tom* 3. *resolutio.* 461. Barbosa *de Episcopo alleg* 72. *num.* 162. *& de iure Eccles. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 177. *vers. Verùm conclusio illa*, Viuian. *de iure patron. lib.* 5. *c.* 2. *n.* 28.

77 Præ-

77 Præterea ex alio capite cessat dicta manutentio, etiam data quasi possessione in Diuo Hieronymo (quæ non est) quia constat de defectu proprietatis ante institutionem, Abbas *in cap. consultationibus num. 9. de iure patronatus*, Viuian. *lib. 5. cap. 2. num. 35. cap. 4. num. 69. versic. Adde prædictis, & lib. 11. capit 6. num. 23. & decis* Rotæ 42. *num. 5. post tractat.* Posth. *de manutent. obseruatio. 18. num. 23.* Riccius *in praxi iuris patronatus resolut. 217. num. 4. versic. Quinto quando.*

78 Nec obstat asserere hunc patronatum esse annexum foris oppidi de Alm eyda, quæ bona allodialia sunt, & ideò ad eum tanquam patris hæredem ius præsentandi pertinere.

79 Nam satisfit, quòd de prędicta annexione, vel pertinentia, nec vllum verbum in processu, imò potius ex facto constat emphyteutas, & possessores fororum anno 1564. nominasse Bachalaureum Syluestrum Rodriguez excluso D. Christophoro Vela nomiuato à D. Ioanne de Acuña, & D Antonio Vela, qui quidem emphyteotæ victi fuerunt, per sentẽtiam Ordinarij ciuitatis Zamorensis, qui declarauit præferendam esse præsentationem D. Christophori, & ei beneficium applicauit: & dubium non est, quòd si bonis emphyteoticis esset patronatus annexus, transiret ad emphyteotas, vel locatores ad longum tempus, iuxta notata in *cap. ex literis de iure patronatus*, Barbosa *de iure Ecclesiæ lib. 3. cap. 12. ex num. 225.* & exclusio in sententia facta qualificauit patronatum, nõ esse annexum prædictis bonis, quæ sententia omnibus præiudicat, vt supra *n. 9.*

80 Ex quibus constat pronuntiandum fore in fauorem D. Antonij, & Licentiati Hieronymi Dauila nominati ad dictum beneficium, vt petitum est. Saluo, &c.

Post perfectam hanc allegationem inueni, quòd Acuña *in cap. neminem 1. distinct. 70 ex n. 31. pag. 599. cum pluribus sequentibus*, latè agit de quæstione super ùs mota, & resoluta, circa successionem illegitimorum in Capellanijs, Patronatibus, & alijs fundationibus, & in omnibus conuenit nostræ resolutioni.

Appendix præcedentis Allegationis.

81 ADditur allegationi D. Antonij Vela Carrillo Equitis Ordinis de Alcantara vnici Patroni Parochiæ oppidi de Almeida, & annexiorum, & Licentiati Hieronymi Dauila præsentati ab eo in dicto beneficio, cõtra D Hieronymum Vela de Acuña, & Licentiat. Ioannem Martinez Clericum Presbyterum à D. Hieronymo in dicto beneficio nominatum, quòd præter relata fundamenta à D. Antonio Vela proposita, vt ei manutentio possessionis concedatur, super qua hæc lis agitur in vltima instantia, verificauit Doctorem Mata vltimum huius beneficij possessorem petijsse à dicto D. Antonio Vela, vti patrono dicti beneficij, & possessore vinculi D. Briandæ, quòd consentiret, vt resignaretur beneficium in Iosephum Heredero, reseruata 300. ducatorum annua pensione ad fauorem D. Hieronymi Vela, de quo fuit facta scriptura die 23. Februarij 627.

82 Et cùm sciret, dictũ D. Antonium Vela contraxisse matrimonium, nullum potuit effectum dicta annua pensio sortiri, & sic reuocauit reintegra dictum consensum die 7. Augusti 622.

83 Et eodem die D. Antonius Vela nouum præbuit consensum, vt dicta resignatio fieret sub conditione, quòd prædicta 300. ducata annuæ pensionis reseruarentur ad fauorem D. Antonij Vela & Acuña.

84 Ex hoc consensu eliciuntur alij actus positiui possessionis huius patronus in beneficium D. Antonij Vela, & exclusionem D. Hieronymi, præter adductos, & ponderatos in eius allegatione.

85 Nam in beneficio iuris patronatus laicorum, nulla potest esse permutatio, sine consensu patroni, Couarru. *in practicar. c. 36. num. 9. versic. 8. Ad eandem controuersiam*, nec resignari, *vt ibidem versic. 9 ad eadem Regia edicta*, nec pensio super eis imponi, vt ibi *num 10. versic. Quintò illud, nec vniri, vt ibi, versic. Vndecima quæstio.*

86 Et sic petijsse consensum à D Antonio vti patrono, est legitima recognitio patronatus, quia consensus alicuius adhibitus in dispositione facta de aliqua re, arguit ius illius in dicta re, vt argumentatur Bald *in l. si permittente num. 2. C. ad Velleianum*, Socin. *consil. 11. num. 3. 4 & 5. lib. 3.* vbi quòd licentiæ petitio, & præstatio inducit probationẽ dominij, Ofasc. *decis. 164. num. 16. versic. Animaduertere etiam, & num. 17.* Burgos de Paz *consil. 16. num. 4. 5. & 6* vbi in pascuis probat, quòd licentia dominorum, quòd vasalli possint pasculari, arguit dominium pascuorum in Domino.

87 Et in fortiori casu, in his, quæ competunt per viam meræ facultatis, prout transire per põtem, viam publicam, & alia similia, quibus omnes possunt vti ad meram facultatem, licentiam petere ad vsum, arguit titulum, & dominium in concedente, vt per Nattam *consil. 522. num. 9. ad finem*, Rota *decis 33. num 32 per totam, part. 1. diuersorum*, Gonçalez *ad regul. 8 Cancellariæ gloss. 5. §. 6. num. 37.*

88 Et in terminis, quod ad probandum ius patronatus, iuxta dispositionem Concilij Tridentini sit publicum instrumentum præstatio consensus ad resignandum, probat Riccius *in praxi iuris patronatus resolutio. 30 num. 4.* ibi: *Quare his suppositis, cùm fuisset dubitatum, an consensus præstitus per patronum in resignatione beneficij, dicatur scriptura authẽtica ad effectum probandi ius patronatus, fuit resolutum, quòd*

sic:

ficiam cõsensus sufficit pro quasi possessione præsentandi, Abbas *consil.14.num.1.in fin. part.1.* Crescent.*decis.2.de iure patronatus*,& fuit sæpiùs resolutum in Rota: qui enim actui consentit,actum ipsum gerere videtur, *l. sicuti, ff. de arbitris, l si fundus, §. nesciente, ff. de pignoribus, l.1. §.omnia enim, C. de veteri iure enucleando cap. Apostolicæ cap. si eum de præbend.in 6.l. si liqueat*,& ibi Bald.*in 2.notabili, C.de inoffic.donat* plenè per Tiraquellum *de leg. connubial. gloss 5.ex num.145.cum multis sequent.*

89 Et quòd consensus ad resignandum sit idem quod præsentatio ad adquirendam quasi possessionem præsentandi, Abbas *in cap. dilecti num.8.in gloss.2. de iure patronatus*, Gabriel *consil.162.in fin.lib 2.*Crescent. *decis.2. de iure patronatus*,& cum pluribus Rotæ decisionibus resoluit Farinac.*& decis.260.num. 1.part.2.in recentiorib.decision 661. numero 3. part.1.in posthumis*,ibi: *In dictis verò resignationibus interuenisse consensum patronorum, qui habetur loco præsentationis, & præseruat quasi possessionem præsentandi*,& refert decisum Rota *decis.534.num.4.part.1. diuersorum*, Viuianus *in praxi iuris patronatus part.3. lib.14. c. 2.num.10.& 11.pag.685.*Rota apud Posthiũ *decis.172.num.1.2.& 3. post tractatum de manutentione.*

90 Et sic denegari non potest manutentiò à D Antonio petita.Saluo,&c.

Hæc causa non fuit super manutentione decisa, sed vtili transactione sopita, iuxta quam D.Antonius Vela cliens meus remansit verus dominus,& possessor huius patronatus.

SVMMARIVM Allegationis XXIX.

1 *Proponitur prætensio partis,& diuisio allegationis, vsque ad num.6.*

7 *Vxor, separatione matrimonij obtenta propter viri sæuitiam, potest dotem suam repetere.*

8 *Fundamenta actricis summariè proponuntur.*

9 *Probatio metus,& coactionis ab actrice facta recensetur, vsque ad num.11.*

12 *Metus est affectio quædam voluntatis contra naturam.*
Bald.in rubric.de his quæ vi in decret.num. 6.refertur,& num.13.

14 *Metus est difficilis probationis.*

15 *Et probatur argumentis.*

16 *Et etiam testibus singularibus.*

17 *Quando res est difficilis probationis, sufficit probatio à communiter accidentibus,& per probationes, quæ in alijs materijs reijcerẽtur.*

18 *Metus sufficienter probatur per vnicum testem de visu,& alios de auditu.*
Cumanus consil.68.num.2.versic.Attamen æquius & tutius,& num.3.refertur.

19 *Gamma decis.347. ponderatur,& num.24.*

20 *Surd.consil.513.ex num.31.cum sequentib. volum.4.laudatur.*

21 *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.*

22 *Famulus qui olim fuit, non repellitur à testimonio ferendo pro domino.*

23 *Specialis depositio aliquorum testium operatur, quòd alij testes generaliter deponentes specialiter deposuisse intelligantur.*

25 *Vnius testis depositio alterius depositionem coadiubat.*

26 *Testis specialiter deposuisse intelligitur, si articulus, super quo examinatur, specialiter refert casum.*

27 *Numerus testium defectum aliorum supplet in materia metus.*
Rota apud Farinac. decis 249. num.2. post 2.tom.consil.crimin ponderatur.

28 *Probatio actricis suspecta non redditur ex eo, quòd aliquis citatus in testem non fuerit examinatus,& num.29.*

30 *Metus in vno actu probatus, in cæteris incussus censetur,& num.36.*

31 *Dicta testium non sunt cauillanda, sed adiuuanda,& sustinenda pro viribus.*

32 *Constante matrimonio, vxori non currit tempus ad repetendam dotem,& num.33.*

34 *Actio quod metus causa 30. annis tantum præscribitur.*

35 *Multiplicatio actuum, & instrumentorum durante matrimonio, metum nõ excludunt, & num.36.*

37 *Nec eorum geminatio.*

38 *Ponderatur Pereira decis.30.num.15. vsque ad num.41.*

42 *Interueniente læsione enormissima, actuum geminatio nihil operatur ad excludendam læsionem.*

43 *Exactio pretij rei per metum venditæ metum non purgat.*

44 *Præcipuè quando in omnem euentum pretium exactum venditor habiturus est, ex æquitate l.curabit, C.de actio empt.*
Ratificatio, quæ ex actu tacito colligitur, nõ extenditur vltra terminos ratificationis.

45 *Ad diuortium asperitas viri erga vxorem requiritur, vsque ad num.47.*

48 *Confessio iudicialis non præiudicat confitenti in alio iudicio inter diuersas partes.*

49 *Confessio ad hoc, vt in alio iudicio præiudicet, debet fieri principaliter, & non incidenter.*

50 *Et debet esse certa,& in actis redacta,& non sufficit tacita per productionem libelli, aut instrumenti.*

51 *Confessio facta à procuratore cum speciali mãdato non præiudicat parti in alio iudicio.*

52 *Gloss.in l.1.C.si aduersus rem iudicatam ponderatur.*
Confessio facta à creditore, quòd tantum sibi debeantur, per verba indefinita, sibi non præiudicat ad petendam maiorem quantitatem.

53 *Quædam oppositio refertur, vsque ad numerum 55.*

56 *Prædium dotale ex eo quòd sit infructiferum,*

vendi non potest, nisi aliud pinguius ematur.
57 Læsio ex fideiussione ipso iure incurritur.
58 Testem contrarietas repellit cap. Pura 3. q. 9. ponderatur, & num. 59.
60 Mediator & proxeneta contractus testis idoneus non est.
61 Nec fideiussor.
62 Testis de auditu nihil probat.
Probatio metus prævalet probationis contrariæ de libera voluntate.
63 Et idem procedit in coniecturis, nam metum persuadentes prævalent eum excludentibus.
64 Probatio specialis generali prævalet.
65 Clausula instrumenti, quòd liberè, & sponte nec fuit confectum, metum non excludit.
66 Metus ex circunstantys probatur.
Bald. in cap. cùm terra de electione, ponderatur.
67 Lachrymæ mulieris multum probant ad metus verificationem.
68 Et protestationes.
69 Qualitas metum passi multum prodest, & ideò in muliere minor metus requiritur, quàm in masculo.
70 Persuasio nimia, metum, & coactionem operatur.
71 Singula; quæ non prosunt, simul collecta iuuant ad probationem metus.
72 Iudici est arbitraria qualitas metus.
73 Arbitrium solum habet locum in casibus à iure non expressis.
74 Metus, & coactiones à iure approbatæ, quæ sint.
75 Electio minoris damni, vt maius euitetur, sufficiens metus est.
76 Metus incussus sufficit, etiamsi verbera non interueniant.
88 Afflict. decis. 246. reprobatur, & num. 89.
90 Dos data primo viro, censetur etiam data secundo.
91 Dotis constitutio indicijs, & coniecturis probatur.
92 Ex vsu bonorum vxoris constitutio dotis præsumitur.
93 Ex vsu, & consuetudine Prouinciæ constitutio dotis præsumitur.
94 In Hispania hæc consuetudo notoria est ex dispositione ll. Regni.
95 Alienatio fundi dotalis, quando ex ea enormissimè læditur, an sit nulla, quæstio est controuersa, & num. 96.
97 Referuntur aliqui Doctores tenentes alienationem valere.
98 Contraria opinio, vt verior proponitur.
99 Metus reuerentialis, cum læsione sufficit ad contractus rescissionem.
100 Vxor contrahens vna cum viro censetur sempet fideiubere.
101 Vxor quidquid soluit ex contractu, simul cum viro gesto, potest ab eo, & eius hæredibus repetere.
102 Læsio vxoris consistit in eo, quòd non habeat in bonis mariti indemnitatem ad prædictum pretium consequendum.
103 Publicè interest mulierum dotes conseruari.
104 Plures Doctores referuntur, qui considerata in hunc modum læsione, contractus vxorum esse rescindendos tenuerunt.
105 Concordia inter has opiniones ponderatur. Thesaur. decis. 223. num. 53. explicatur.
106 Rota decis. 851. in nouem centurys Farinacy refertur, & num. 107.
108 Et decis. 247. num. 7. in eisdem.
109 Seraphin decis. 1187. num. 2.

90 Dos data primo viro, censetur etiam data secundo.
91 Dotis constitutio indicijs, & coniecturis probatur.
92 Ex vsu bonorum vxoris constitutio dotis præsumitur.
93 Ex vsu, & consuetudine Prouinciæ constitutio dotis præsumitur.
94 In Hispania hæc consuetudo notoria est ex dispositione ll. Regni.
95 Alienatio fundi dotalis, quando ex ea enormissimè læditur, an sit nulla, quæstio est controuersa, & num. 96.
97 Referuntur aliqui Doctores tenentes alienationem valere.
98 Contraria opinio, vt verior proponitur.
99 Metus reuerentialis, cum læsione sufficit ad contractus rescissionem.
100 Vxor contrahens vna cum viro censetur sempet fideiubere.
101 Vxor quidquid soluit ex contractu, simul cum viro gesto, potest ab eo, & eius hæredibus repetere.
102 Læsio vxoris consistit in eo, quòd non habeat in bonis mariti indemnitatem ad prædictum pretium consequendum.

57 Læsio ex fideiussione ipso iure incurr
58 Testem contrarietas repellit cap. Pu ponderatur, & num. 59.
60 Mediator & proxeneta contractus neus non est.
61 Nec fideiussor.
62 Testis de auditu nihil probat. Probatio metus prævalet probat trariæ de libera voluntate.
63 Et idem procedit in coniecturis, na persuadentes prævalent eum excl
64 Probatio specialis generali præual
65 Clausula instrumenti, quòd liberè, nec fuit confectum, metum non ex
66 Metus ex circunstantys probatur. Bald. in cap. cùm terra de electio ratur.
67 Lachrymæ mulieris multum probá tus verificationem.
68 Et protestationes.
69 Qualitas metum passi multum prod in muliere minor metus requiritu masculo.
70 Persuasio nimia, metum, & coacti ratur.
71 Singula; quæ non prosunt, simul c uant ad probationem metus.

artic. 2. num 48. & 49 pag. 15.

124 Fontanel. de pactis nuptial. tom. 1. clausula 4. gloss 23. num. 21 & tom. 2. clausula 7. gloss. 2. part. 5. ex num. 52. & eadem glos. 2. part. 6 ex num. 4 & 5. & gloss. 3. part. 13. num. 22. vsque ad num. 126.

127 Cæsar Manent. consil. 93. num. 10. & 11. volum. 1.

128 Amendola in additione ad Franch. decis. 84.

129 Zeuall. lib. 2. quæst. 727. ex num. 3. & 30. & 4 part. quæst. 900. num. 3.

130 Castillo tom. 3. cap. 21. num. 27.

131 Rodrig. de concursu creditorum, art. 1. num. 33. part. 1. ad finem, versic. Sed tamen.

132 Ioseph. Ramon consil 96. volum. 1.

133 Ferrer in constitut. hac nostra 1. tempore declarat. 8. num. 38. & sequent.

134 Molfesius ad consuetud. Neapolit. tom. 2. part. 8. quæst. 6. num. 10.

135 Aretinus de fideiussoribus sectio. 8. capit. 3. num. 103. & 109.

136 Beltraminus in additione ad Ludouis. decis. 321. num. 12.

137 Rouitus in pragmatic. 1. ad Velleianum ad finem.

138 Riccius in addit. ad Franchis decis 477.

139 Paschal. de patria potestate part. 1. cap. 4. num 17.

140 Iacobus Gallus consil. 68. ex num. 16.

141 Didacus de Mari, & Balthasar de Angelis in additione ad Gizzrellum decis. 4. hic n. 9. ille sub num. fin. pag. 4 & num. 142.

143 Viscont. in conclus. legalibus, verbo mulier, pag. 192.

144 Gaitus de credito cap. 4. quæsito 7. n. 961. cum duobus sequentibus.

145 Hodierna ad Surdum decis. 86. num. 14.

146 Duardus super bulla de censibus, §. 1. quæst. 20 num. 7. Rota apud Martinum Andream decis. 79.
Flauius Monach. in addit. ad Minadoium decis. 29. ex num. 4.

157 Ex relatione Doctores citator. ex num. 107. confirmatur prædicta decisio Thesauri 223.

158 Quæ procedit etiamsi mulier fide iubeat pro extrahendo marito à carceribus.

149 Caput cùm contingat de iure iurando explicatur. vsque ad num. 152.

153 Afflict. decis. 311. num. 4. explicatur.

154 Et Franchis decis. 84.

155 Ponte consil. 40. num. 1. & sequentibus lib. 2. & Alexand. Trentacinq. relatus supra n. 119. 120 declarantur.

159 Indotatio an debeat interuenire tempore fideiussionis, vel dissolutionis matrimonij, in dubium reuocatur.

157 Accipere fideiussores loco pignoris, non iudicatur bona satisfactio fauore dotis, & numero 158.

159 Idem confirmatur, & num. 160.

161 Soluens virtute contractus rescissioni subiecti liberatur.

162 Fideiussores dati ad fauorem actricis fuerũt insoluentes.

163 Probatio, quòd debitor non est soluendo, sufficit pro excussione.

164 Quæ potest fieri, etiam in lite cum tertio possessore.

165 Excussio facta ad instantium vnius creditoris, cæteris prodest.

166 Pauper de præsenti, præsumitur retrò pauper fuisse.

167 Ponderatur Rota in vna Interamnensi mercium coram Pennia 4. Iunij 1597. relata à Farinac decis. 112. in nouem centurys, vsque ad num. 173.

174 Vxor fide iubendo dicitur læsa, etiamsi habeat releuatores.
Ponderatur Rota apud Farinac. decis 619. part. 2 in recent.

175 Superiora confirmantur, & num 176.

177 Indemnitas mulieris ad hoc, vt læsa non dicatur attẽdi debet soluti matrimonij tẽpore.
Ponderatur auth. siue à me, C. ad Velleian. & num. 178.

179 Cuius decisio procedit, etiam in fideiussione iurata.
Ponderatur Afflictis decis. 313.

180 Barbosa in l. 1. soluto matrimonio part. 5 n. 50 & 91 taxatur, & num. 181.

182 Thesaur. Iunior lib. 2. quæst. 65. num. 4. dicens dimidiam partem dotis solùm remittendam esse vxori, refertur.

183 Sed hæc opinio reycitur.

184 Metum in totum rescindere contractum, & non pro parte, probatur.

185 Additio ad Thesaur. dict. decis. 223. refertur, quatenus dicit, quod si ex pluribus obligationibus ab vxore contractis resultat læsio, posteriores sunt rescindendæ, & non priores.

186 Indotatio potest resultare ex vnico contractu, & num. 187.

188. Læsio sufficiens contingit ex pluribus donationibus successiuè factis, & num. 189.

190 Administratio, quam maritus habet bonorum dotalium, est vna.
Fraus consistit in pluribus alienationibus minutis diuerso tempore factis.

191 Læsio Regij patrimonij resultat ex pluribus alienationibus à Rege diuersis temporibus factis.

192 Furta minuta conficiunt materiam restitutioni subiectam.
Fontanel. tom. 2. clausul. 7. gloss. 2. part. 6. num. 20. & gloss. 3. part. 13. num. 30. & 31. ponderatur.

193 Et clausula testamenti Regis Henrici Secundi, de qua in l. 11. tit. 7. lib. 5 Recopil.

194 Dominium, quod Rex habet in bonis Regio

Coronæ, æquiparatur dominio mariti, circa bona vxoris.

195 *Refertur quædam decisio Regij Senatus, & num.* 196.

197 *Vendens habita fide de prætio posponitur in re vendita creditoribus emptoris.*

198 *Sed hoc non procedit, quando per dolũ emptoris habetur fides de prætio.*

199 *Admissio vnius hypothecæ loco alterius facta per dolum nulla est.*

200 *Et idem est, quando vnius fideiussoris loco alter præstatur.*

201 *Primus contractus non innouatur per secundum dolosè factum.*

202 *Dotinon resultat præiudicium, per dationem nominis debitoris falliti.*

203 *Dolus in remissione hypothecæ ab actrice facta refertur, & coniecturis probari ostenditur, vsque ad num.* 205.

206 *Dolus arguitur ex qualitate facti.*

207 *Vendens habita fide de prætio, cum reseruatione hypothecæ, præfertur in re vendita creditoribus emptoris. & num.* 208.

Post num. 208. inuenies alia summaria.

ALLEGATIO XXIX.

PRO
D. Franciſca de Salazar.

CONTRA
Regium Fiſcum, & alios creditores, & poſſeſſores cuiuſdam Regij iuris.

EPITOME ALLEGATIONIS.

I Diuortio facto propter sæuitiam, dos vxori debet restitui.

II Et potest liberè contrahere, & litigare absque licentia viri.

III Metus, in quo consistat, vt operetur contractus rescissionem.

IV Et quomodò probetur.

V Probatio metus præfertur probationi spontaneæ voluntatis.

VI Coniecturæ plures metum persuadentes referuntur.

VII Compulsio & coactio differunt à metu.

VIII Metus reuerentialis, minis accedentibus, sufficit ad contractus rescissionem.

IX Et sine minis sufficit, si vxor contrahat ad instantiam viri iracundi, & terribilis.

X Et simul cum læsione eãdem rescisionem operatur.

XI Thesaurus decis. 223. latè exornatur.

XII Dolus dans causam contractui bonæ fidei, illum rescindit.

XIII Actio quod metus causa, est in rem scripta, & datur contra tertium possessorem.

XIV Etiamsi fiscus possideat.

XV Vitium litigij transit contra tertium possessorem.

XVI Et sententia contra eum potest exequi, sine nouo processu.

XVII Expeditio iuris Regalis per nouam venditionem, illud ab hypothecis anterioribus non liberat, si in venditione interueniat mala fides, aut dolus.

XIII Et ità explicanda sunt resoluta in allegat. 14. supra.

Sit Dominus lumen mentis, & aura, meæ.

1 IN præsenti controuersia intendebat D. Franciſca de Salazar confirmandam Senatus sententiam in sui fauorem prolatam die 7. mensis Aprilis anni 1620. qua rescissæ sunt, & nullæ declaratæ omnes obligationis scripturæ ab ea celebratæ, & Regius Fiscus ad restitutionem redditus Regalis annui 50 cſſ ma rapetinor. ad rationem 20. pro milliari consignati super redditibus portorij maioris, vulgo almojarifazgo, ciuitatis Hispalensis ei faciendam condemnatus fuit, & quod talis restitutio fieret, cum fructibus à die litis contestationis, vsque ad realem, & effectiuam restitutionem.

2 Factum huius litis continebatur in memoriali exhibito Dominis iudicibus: & quia ex serie allegationis constabit, breuitatis causa hic omittitur.

3 Allegatio in tres articulos, vt clarius pateat, diuidetur.

4 In primo nullam fuisse venditionem prædicti redditus Regalis demonstrabitur, & causæ, quæ eius rescissionem suadent, proponentur.

5 In secundo probabitur remedia intentata à D. Franciſca rectè cõtra Regium patrimonium proposita fuisse, tãquam possidens prædictum

dictu redditum regalem ex decoctione Ludouici Arias Becerra, & eius fideiussorum, & dictam D. Franciscam nullo modo teneri ad restitutionem cuiuslibet pretij, quod pro principali, seu redditibus dicti redditus durante matrimonio inter eam & D. Didacum de Figueroa & Corduua eius virum exactum fuisset.

6 In tertio ostendetur, quòd in prædictorum consequentiam, idem procedere debet contra tertios, quibus durante lite adiudicata fuit pars capitalis dicti redditus regalis, licèt eius situationes, & punctuationes mutauerint, & in sui fauorem priuilegia expedierint per nouas venditiones, & quòd sententia proferenda, quæ erit reuisionis cum fisco, eorum respectu eundem sortietur effectum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Super contractuum rescissione.

7 TAmetsi D. Didacus de Figueroa & Cordoua, Calatrauensis Ordinis Eques nõdum obierit, attamen ob litem, & exequutoriam, quam in ea D. Franciscа obtinuit, separatum fuit inter eos matrimonium quoad thorum, & mutuam cohabitationem. Quo casu certum est vxori dotem suam restituendam esse, Abbas & D.D. per text. ibi *in c. 1. de donationibus inter vir. & vxor.* Seraphin. *decis.* 1308 *n.* 2. *& decis.* 1315. *lib.* 2. Farinac. *decis.* 135. *lib.* 2. *criminal.* Franchis *decis.* 244. *& decis.* 312. *in principio, & ad finem. Thesaurus decis.* 230. *num.* 2. *ad finem,* Gutierrez *de iuramento confirmatorio* 1. *part. cap.* 1. *n.* 55 *& lib.* 1. *Canonic cap.* 24. *num.* 14. Hieronymus Gabriel *consil.* 161. *n.* 2. *lib.* 1. vbi dicit facto diuortio propter sæuitiam transire ipso iure in vxorem dominium rerum dotalium, *& n.* 3. *&* 4. addit, matrimonio reintegrato per coniugum reconciliationem non reuocari medio tempore ab vxore alienata: & ideò dubio caret dictam D. Franciscam virtute dictæ executoriæ separationis matrimonij legitimam habere personam comparendi in iudicio ad petendum hunc redditum regalem, qui quidem ad eam pleno iure spectat.

8 Quo supposito, validissima habet, & solida pro se fundamenta, ad hoc, vt in hac reuisionis instantia rescindantur, & pro nullis habeantur, venditio seu remisio hypothecæ dicti redditus & reliquæ omnes obligationis scripturę ab ea celebratæ, sicut in prima, ita in sui fauorem pronuntiatum est.

FVNDAMENTVM PRIMVM.

Quòd D. Franciscа plenam metus probationem habet.

9 IN sexto articulo interrogatorij huius instantiæ testes omnes producti à D. Franciscа concludunt nimiam D. Didaci eius virì sæuitiam, & asperitatem à die initi inter eos matrimonij, & quòd ex animo seu proposito, quòd ille habebat alienãdi bona dotalia, quam plurimæ inter eos rixæ, & dissensiones oriebantur: qui testes etiam deponunt D. Didacum vulgò iactitasse matrimonium cum D. Franciscа contraxisse solùm ad effectum dissipandi, & consumendi eius dotem, cùm ob generis splendorem, & nobilitatem, & pinguem dotem æquè cum ea matrimonium contrahere potuisset, prout ob prædictas qualitates contraxit.

10 In septimo etiam articulo sufficienter probatur, quòd cum D. Didacus disponeret vendere hunc annuum redditum Ludouico Arias Becerra, vt eum in fauorem administrationis salinarum hypothecæ subiiceret, huic alienationi quam plurimum D Franciscа restitit, ob quam causam maritus magnopere exasperatus fuit minas suas exequens, quã pluries manibus in eam cum summa violentia positis, & pugionẽ eius pectori sæpè admouens, eo vsque vt tandem his rebus mota, & perterrita D. Franciscа ad euitandum maius malũ, huic alienationi acquieuit renitens, & inuita, ob magnum præiudicium, quod sibi ex ea generari agnoscebat.

11 Et post hanc venditionem cupiens prædictus emptor, quod D. Franciscа, & eius maritus hypothecæ, quam super redditu habebant ad exactionem pretij, renuntiarent, eis obtulit certos fideiussores, vsque ad quantitatem 14[]. ducat. virtute pacti initi in venditione inter eos celebrata. Quod etiam D. Didacus fouebat: & cùm ea huic remissioni non assentiret, quia primam venditionem metu, & vi coacta, vt dictum est, celebrauerat; & quia fideiussores non reputabat idoneos, prosequutus fuit rixas, & iras suas maritus; quibus non obstantibus, qui pro parte dicti vẽditoris iuerant in domum D. Franciscæ ad celebrationem talis contractus, eo non confecto, redierunt, quod asperiorem maritum reddidit, in tantum, vt præter alias dissensiones, & violentias, pugionem iterum ad pectus D. Franciscæ admoueret, vt plures testes omni exceptione maiores nono & decimo articulo respondẽt. Ex quibus resultat D. Franciscam hanc venditionem, & hypothecæ remissionem metu, & vi coactam celebrasse.

12 Quæ probatio indubitanter sufficiens est, ex sequentibus.

13 Primo, quia metus est affectio quædam voluntatis contra naturam, Bald. *in rubrica de his quæ vi. in decretalibus num.* 6. & facit quẽdam recessum animi, & fugam, Bald. vbi supra *num.* 8. & in fine addit. *Metus ergo est participatio duarum qualitatũ, scilicet voluntatis, & nolũtatis, cuius affectus declinat ad nolle, & effectus*

dsclinat ad velle,& quòd voluntas meticulosa est quædam tacita contradictio,& magis accedit dissensui,quàm consensui.Porrò metus est passio animæ rationalis,& qui patitur,sanus non est.Idem Baldus in cap.super hoc de renuntiatione num.3. versic.Et nota,& in capit cùm terra 14.num 6. & in cap.cum inter R.num.5.de electione, vbi eleganter,Marquesanus *de commissionibus tom. 1.cap.2.de commission.signaturæ gratiæ diuersor.num 452.& 453.in vltima editione.*

14 Secundò,nam ob eam causam metus difficillimæ probationis reputatur, *glossa in l. metum,C.de eo quod metus causa,& in l.si cum exceptione,§.in hac verbo ignorant,ff.eodem tit.* Seraphin.*decis.*818.*n.*3.*part.*1. Farinac.*decis.* 242.*num.*1.*lib.*2.*crimin.*

15 Et ideò argumentis probatur, Bald. *in rubrica de his quæ vi,in decretali num.*2.*&* n.8. ibi: *Metus probatur per verisimilia,& consueta, nam arbitrium iudicis, quod in hoc versatur,naturalibus conuenire debet,& per actum à verosimili:idem* Bald.*consil.*364 *num.*5.*volum.*3. Farinac.*dict decis.*242.*num.*2.*lib.*2.*crimin & decis* 260.*num* 1.*eodem libro,* vbi dicitur metum coniecturis probari ad infringendum matrimonium,Seraphin.*decis.*771.*num.*1.*&* 2.*par.* 1.Menochius *consil.*1.*num.*273.*volum.*1.*& de arbitrarijs casu* 116 *num.*17.*&* casu 136.*&* de *præsumptionibus lib.*3.*quæst.*126.*num.*9.Mascard.*de probation.volum* 2 *conclus.*1056 *cùm igitur metus regulariter,num.*1.*&* sequent.Carolus de Grasis *de exceptionibus,except.*11.*de metu num.*50.Marta *voto* 64.*num.*5.Castillo *lib.* 3.*controuers.cap.*1.*num.*68.*&* sequent.Fontan. *de pactis nuptial. tom.*2.*clausul.*7.*gloss.*2.*part.* 5.*num.*39.Pereira *decis.*30 *num.*8.

16 Et etiam testibus singularibus probatur, Crotus *in repetitione,l.stipulatio hoc modo concepta,ff.de verbor.obligat.num* 75.*vers. Quarto & vltimo,* Grammaticus *decis.*5.*n.*15.Boerius *decis.*101.*num* 9.Morotius *responso* 75.*num.*5. Farinac.*decis.*242.*num.*33.*&* decis.260. *num.* 21.*&* 22.*lib.*2.*crimin.& in tractatu de testibus quæst.*64.*num.*276.Marta *voto* 64.*n.*4.Grassis *de exception.except.*11.*num.*45.*ad fin.*Fontan. *dict.gloss.*2.*part.*5.*num* 81.

17 Et denique Iason *in l.de pupillo,§.si quis ipsi Prætori,ff. de noui operis nuntiat.num.* 10. ait,quòd quando à communiter accidentibus probatio est difficilis,sufficit probare per cõiecturas,& sufficiunt probationes,quæ aliàs tanquam imperfectè reijcerentur,& quòd ratione difficultatis sufficit præsumptiua probatio ex præsumpta opinione,& in hac materia plura notabilia adducit Hondedeus *cons.*29.*n.* 21.*&* sequent.Surdus *decis.*194.*num.*22.23.*&* 24.Monter.*in responso pro vxoris Amita* 1.*p.ex num* 52.*&* 2.*part.ex num.*19.Trentacinq.*lib.* 1.*variar.tit.de his quæ vi,resolut.*1.*num.*16.*&* seqq. Gaspar Antonius Thesaurus *lib.*1.*quæst. forens.*q.51.*num.*22.Parisius *de resignat.benefic. lib.*13.*q.*1.*num.*99.*&* sequentib.Farinac. *decis.* 260.*num.*20.*lib.*2.*crimin.* Boerius *decis.* 101. *num* 8 Zeuallos *lib.*3.*comm.*q 825.*n.*50.

18 Et ideò Raphael Cumanus *consil* 68.*n.* 2.*versic.Attamen æquius & tutius,& num.*3 singulariter ait metum sufficienter probari per vnum testem de visu,& alios de auditu,quem in hoc sequuntur Boerius *decis.*101.*n.*9 Hondedeus *consil.*29.*num.*35. Monter.*in responso pro vxoris Amita part.*1.*num.* 108 Mascard. *de probat.part.*2.*concl.*1057.*n.*7. Ioan. Franciscus Ponte *consil.*11.*num.*24.25.*&* 26.*lib.*2. Farinac.*tom.*2 *fragmentorum crimin.litera M. num* 170. vbi de probatione metus cum vnico teste,& alijs de fama,Fontan.*de pactis nuptial tom.*2.*clausul.*7.*gloss.*2.*part.*5.*num.*82.*&* 83.vbi plura.

19 Antonius Gamma *decis.Lusitana* 347. *in materia metus vxori à marito illati num.*2. refert Senatum Portugaliæ habuisse pro sufficienti metus probatione ad rescissionem contractus venditionis celebrati à fœmina quadam vxorata depositionem vnius testis de visu,& aliorum,qui viderunt eam lachrymosam exire de domo.

20 Surdus *consil.*513.*volum.*4.*ex num.*31. *&* sequent.latè probat metum sufficienter probari per vnicum testem de visu,& alterum qui vidit virum exeuntem de cubiculo, cum pugione euaginato.

21 Quæ omnia ex abundanti in nostro casu procedunt:nam cum D.Franciscæ ad metus probationem sufficerent indicia,coniecturæ,præsumptiones,aut testes singulares,habet quinque testes contestes,qui deponunt de omnibus circunstantijs metus sibi incussi ad celebrationem contractuum venditionis, & remissionis hypothecæ dicti redditus.Vnde dubitari non potest plenam metus probationem habere,in ore enim duorum, vel trium testiũ stat omne verbum,*cap.licèt vniuersis 23.de testibus,*& ad probationem metus, ita perpendit Baldus *in l,nostram, C.de testamentis num.*9.*ad finem,* vbi ait metum impositum testatori ad testandum probari duobus testibus asserentibus audiuisse eum dicentem, sibi vim illatam ad conficiendum testamentum sequitur *additio ad Decium in l.in omnibus causis num.*7.*liter. K.ff.de regulis iuris.*

22 Tertiò,nam quòd Anna de Roxas,Anna Rodriguez,& Iuliana Ramirez seruierint D.Franciscæ, nullius est momenti, ad hoc vt eis fides non adhibeatur: nam tempore quo deposuerunt,non seruiebant, & ab eius seruitio iam à multis annis discesserant, & habilitas testis attenditur secundum tempus depositionis,*l.*3.*in principio,ff.de testibus,* Farinac.*decis.* 249.*numer.*19.*part.*2.*criminal.* & in specie, quòd ille,qui seruiuit alicui, in cuius fauorem deponit,non fiat ex hoc suspectus,si nõ seruiat tempore depositionis,Speculator *tit.de teste,*

§.1.

§.1.n.13.verſ.Quòd ſi olim, Farin.d.deciſ.249. n.21.& in tract.de teſtib.q.55.n.32. qui loquitur de eo, qui fuit domeſticus, & nu.145.vbi loquitur de eo, qui fuit famulus.

23 Et licèt dictæ Anna Rodriguez, & Iuliana Ramirez in eo quod deponunt circa vim & violentiam, quæ interuenit in huius redditus venditione, non ſpecificè dicant de hoc ipſo redditu, ſufficit quòd generaliter deponant, ad hoc vt exiſtentibus alijs tribus teſtibus, qui ſpecialiter & concludenter ſuper eo deponunt, intelligatur omnes quinque in hoc depoſuiſſe, prout in ſimili receptum eſt in eo, qui probat mutuum in genere, quòd ſuper quantitate eius iuramento ſtetur, Seraphinus de priuileg. iuramenti, priuilegio 36. per tot. Mandel. Albenſ. conſil. 200. num. 34 Francic. Beccius conſil. 158. numer. 6. volum 2. & ratio eſt, quia ſubſtantia negotij perfectè probatur, & ſolùm verſatur dubium circa quantitatem, quæ reſpectu principalis negotij, minoris momenti eſt, & ſic iuramento partis probatur.

24 Quinimò in hoc caſu dictæ Anna Rodriguez & Iuliana Ramirez ſatis ſpecialiter deponunt: nam teſtantur de ſtrepitu, & ſcandalo, quod præceſſit horum contractuum celebrationem, quòd ſufficit, vt in ſpecie probat Gamma d. deciſ. 347. vbi pro ſufficienti metus probatione habitum fuit vnius teſtis dictum, qui vidit tempore contractus vxorem lachrymantem.

25 Quartò, quia nihil obſtat dicere, quòd Anna de Roxas in 5 articulo, & Hieronymus de Tapia in 6 non ſunt conteſtes, ſed ſingulares: certum enim eſt, conteſtes eſſe in eo quod deponunt, & concludunt D. Franciſcæ vim illatam fuiſſe ad dicti redditus venditionem: & licèt Anna de Roxas ſpecialiter deponat de tempore, in quo vidit diſſenſiones, & violentias, & Hieronymus de Tapia de hoc non loquatur, nihilominus tamen conteſtes ſunt, & dictum vnius, alterius dicto adiuuatur, Baldus in l.2.C. de bonorum poſſeſſione ſecund. tabulas num. 5. vbi ait, quòd ſi vnus teſtis deponit de actu certo, & de certo tempore & loco, & alius idem concludit, quamuis non recordetur de tempore, nec de loco, ex eorum dictis inducitur plena probatio Thomas Grammatic. conſ ciuili 79. nu. 10 & 11. cum ſeqq. vbi ex

circunſtantijs temporis, loci, & reliquarum qualitatum continetur. Et ideò cùm teſtes dictis articulis reſponderent, præſumitur depoſuiſſe omnia, quæ in illis articulata & expreſſa ſunt, & cum eadem ſpecificatione, Felinus in cap. auditis de præſcriptio. n.24 col.2. illius numeri, vbi dicit, quòd licèt in teſtium depoſitionibus indefinita non æquipolleant vniuerſalibus, hoc non procedit, quando in capitulo vniuerſaliter articulatum eſt, quia tunc teſtis indefinitè deponens debet intelligi vniuerſaliter. Gamma deciſ 205. dubitatum fuit, & ibi additio deciſ. 251. ad finem, Valaſcus conſultat. 43 num. 21. & 22.

27 Et denique cum dictis Hieronymo de Tapia, & Anna de Roxas eius vxore, concurrunt tres alij teſtes de viſu, & ita quando primi aliquem paterentur defectum (quod negatur) ex numero ſupplebatur, vt in materia metus ponderat Rota apud Farin. deciſ. 249. nu.2.p.2.criminal. & tametſi dicti teſtes eſſent ſingulares, adhuc probarent in materia metus vt ſuprà dictum eſt num. 16.

28 Quintò minùs obſtat opponere, quòd cùm teſtes D. Franciſcæ aſſerant in remiſſione hypothecæ prædicti redditus intetueniſſe D. Petrum de Oſma, debebat D. Franciſca præſentare eum vt teſtem, & ſimiliter alias ancillas à teſtibus memoratas, quod non fecit.

29 Nam hoc nihil ex fide dictæ probationis diminuit, quia quod magis in Fiſci fauorē poterat facere, erat, quòd productus à D Franciſca D. Petrus de Oſma cōtrarium eius, quod teſtes eum referentes aſſeruerant, deponeret, nempè aut non fuiſſe præſentem in actu, aut eius non recordari, & in his terminis res eſt extra dubium, depoſitiones teſtium, qui eum retulerunt, præferendas eſſe, cùm ſint duo, & ille vnicus tantùm: & quæſtio proponitur à Doctoribus, quando hæc competentia eſt de vno teſte ad alium, & in ea ſunt qui dicant, quòd ſi vnus negat illud factum, in quo alius eū citat, reducendi ſunt ad concordiam, Baldus in l. teſtium, C. de teſtibus num.9 Farinac. de teſtibus, q. 65. num. 272. licèt in hoc verius ſit quod ait idem Farinac. num. 274. & verum eſt etiam, quòd ſi Seius productus in teſtem dicat, quòd factum præſente Titio, Titius verò dicat, ſe hoc non ſcire, non vidiſſe, non audiuiſſe, tunc ſit concordia, quia poteſt ſtare, quòd Titius fuerit præſens, &

vbi quod ſi eius confitetur ſibi centur
non præiudicat in ſuam ſummam ſibi
hoc eſt
certum eſt nullo modo illam confeſſionem excepti excepti. 26. num 14. vbi ex
fuerit in alio iudicio & inter alios

teſt petere: & ideò non poteſt dici, quòd in eo quod D. Franciſca non allegauit, & petijt, ſibi præiudicauit, talitet vt non poſſit illud petere in alia lite, cui benè accõmodatur, quę eſt iſta: & notandum eſt, *gloſ. ind. l.* 1. loqui in caſu quo in iudicio diuerſa petuntur, & ſuper quibuſdam ſolùm pronuntiatur, alijs omiſſis, ſed ſi ſolùm quędam res petuntur, certum eſt, quòd in alijs non petitis, nec deductis in illa cauſa, nec erit res iudicata, nec impedimentũ aliquod ad petendas eas iterum.

53 Nonò, nec etiam obſtat alia oppoſitio, ſcilicet, quòd non poſſit præſumi, quòd in venditione prædicti redditus violentia interuenit, ſiquidem eius erat qualitatis, vt non eſſet exigibilis, ex eo quòd non erat ſufficiens quantitas in redditibus illis, in quibus erat aſſignatus, & ideò vtilior fuit D. Franciſcæ venditio eius.

54 Nam hæc oppoſitio debilis eſt, & excluditur.

55 Primò, quia in facto non eſt verum reditum non eſſe exigibilem: nam licèt aliquibus annis non ſufficeret conſignatio, alijs ſufficiebat, & poterat D. Franciſca petere quòd in alijs gabellis, ſeu alia parte ſibi aſſignaretur, vbi exigeretur, ad quod Regium patrimonium tenebatur, & ita obtinuerunt illi, in quos diſtributa fuit quantitas prædicti redditus.

56 Secundò, nam quando prædictus redditus fuiſſet inutilis, & ideò eius venditio permitteretur, debebat ex eius pretio alius redditus melioris conditionis & qualitatis, aut alia res fructifera emi, vt dos ſeruaretur indemnis: aliàs verò ſine hac qualitate nullo modo prædium dotale etiam inutile & infructiferũ poteſt alienari, vt benè explicans docet Bald. Nouellus *de dote part.* 7 *priuilegio* 1. *num.* 6. & 7 *fallentia* 2. & 3. & melius Hippolyt. Rimin. *in princip. inſtit. quibus alienare licèt, vel non ex num.* 378. *ibi num.* 381. addit, quòd prętextu rei minus fructuoſæ non debet alienatio marito concedi, vt poſteà pecuniam perdat: quod optimè accommodatur D. Didaco de Figueroa, qui cùm tempore initi matrimonij, & reparati fuerit non ſoluendo, medio tẽpore conſtantis matrimonij ad alienationem & conſumptionem dotis, & rei familiaris fuit proniſſimus, & eò animo matrimonium cõtraxit cum D. Franciſca, vt ab ea probatum extat, & ſic nullo modo poterat dicta venditio in ſuam vtilitatem conuerti, vt aliàs dicit text. *in l. ſi quis cum ſciret. ff pro emptore*, ibi: *Ni ſi forte luxurioſo & protinus ſcorto daturo pecuniam, ſeruos emit, non vſucapiet, l. quod ſi minor, §. fin ff. de minoribus, l. ſi verò non remunerandi, §. adoleſcens, ff mandati, l.* 2. *ff. quarum rerum actio non detur*, & qui contractum init cũ ſtatim conſumpturo, quòd dicatur eſſe in dolo, probat Cæſar Manentus *deciſ.* 32. *num.* 5. & ideò quamuis non eſſet iam exigibilis prædictus redditus, melius fuiſſet D. Franciſcæ eum poſſidere, & retinere, quàm dicto modo perdere, & alienare.

57 Tertiò, nam in hoc caſu D. Franciſca non interceſſit tanquam principalis, ſed tanquam fideiuſſor, vt infrà ex *num.* 100. & ex fideiuſſione ipſo iure illi reſultauit læſio abſq; alia læſionis probatione, *l. dedie, §. fin. ff. qui ſatisdare cogantur, l. ait prætor, §. non ſolùm ff. de minoribus, vbi gloſ. verbo doceat, & ibi Bald. nu.* 2. Auguſtin. Beroius *quæſt.* 115. maximè cum fideiuſſiſſet pro marito, qui omninò non poterat ei cauere, nec ſatisfacere, vt in ſimili põderat Socinus Iunior *conſil.* 47. *num* 8. *lib.* 4. qui loquitur in difficiliori ſpecie, nempè in minore, qui fideiuſſor extitit pro eo, qui iam incipiebat fieri non ſoluendo, ex quo dicitur enormiſſimè læſus, ad hoc vt non obſtante iuramento fideiuſſio etiam iurata reſcinderetur: ſequitur Peregrinus *conſ.* 77. *n.* 17 *lib* 1.

58 Vltimò opponitur contra D Franciſcam ad excludendam metus probationem ab ea factam, probatio, quæ pro parte Fiſci facta fuit in prima inſtantia viſionis, quæ reducitur ad depoſitiones Ioannis de Sotomayor, & Licentiati Velez de Iaen, & Chriſtophori Fernandez Creſpo: quæ nullius momenti ſunt.

59 Primò, nam cùm D Ioannes de Sotomayor examinaretur à D. Regio Fiſcali, in ſecundo articulo deponit, ſe triginta diebus ante diem 14. Maij 1608. plurimum ſolicitatum fuiſſe à D. Franciſca, & eius viro, vt huius redditus venditionem celebraret, & ex proceſſu apertè conſtat primum venditionis huius redditus inſtrumentum celebratum fuiſſe die 14. Martij eiuſdem anni, ita vt quando teſtis ait, à ſe petitum fuiſſe, vt venditionem faceret, iam plus quàm vnius menſis ſpatium ab ea tranſierat, & ideò in hoc à veritate diſcedit, & veram facti ſeriem inficiatur, & per conſequens in nihilo debet credi, *cap. pura* 3. *quæſt.* 9. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 22. Viuius *in ſuis communibus lib.* 3. *opinio* 935. *Teſtis reſpondens falſum in vno capitulo*, Farinac. *de teſtibus, quæſt.* 67. *p.* 4. *num.* 111.

60 Secundò, nam vt patet ex depoſitione ipſius, fuit proxeneta, ſeu mediator in dicti redditus venditione, & ideò non eſt idoneus teſtis, quia agit de proprio commodo, & intereſſe, propter affectum, quem habet ſuſtinendi contractum, in quo interuenit, *gloſ. in authent. de inſtrumentorum cautela & fide, §. in his verò, verſ. Quod ſi etiam ad numeratorem*, Petrus Bononienſ. *deciſ* 61. *num.* 1. Gamma *deciſ.* 32. *nu.* 1. Farinac. *de teſtib. quæſt.* 60. *illatio* 16. *nu* 405. *& ſeqq. & num.* 409. id ampliat ad proxeneta non ſalariatus: & dictus Ioannes de Sotomayor teſtatur ſibi magnam ſatisfactionem promiſſam, ſi venditio ad effectum perduceretur,

& *num.* 416. ampliat hoc Farinac. non ſolùm quando contractus eſt imperfectus, ſed etiam quando eſt perfectus.

61 Tertiò, quia Licentiatus Velez de Iaē, quando aliquid ſubſtantiale deponeret in Regij Fiſci fauorem, nulla ei fides adhiberi poterat: nam in eodem reddituali patrimonio fideiuſſor interceſſit pro Ludouico Arias Becerra, & hypothecæ ſubiecit quaſdam poſſeſſiones, quas iuxta palatium poſſidebat, & ideò cùm ex cauſa illi ſequatur intereſſe, ex eo quòd ex pluribus effectibus in fauorem Fiſci obligatis, & ex quibus debitum exigi poſſit, magis cautum ſibi erit, & minus ſoluet, nullo modo poteſt eius dicto ſtari, Ioan. Andr. *in additione ad Speculat. tit. de teſte, §. 1. verſ. Quid de fideiuſſore*, Farinac. *de teſtib. q* 60. *illatione* 14. *n.* 368. *cum ſeqq.*

62 Quartò, nam Licentiatus Velez de Iaē, & Chriſtophorus Creſpo in omnibus ex auditu deponunt, & ſic nihil probant, *cap. licèt ex quadam de teſtibus*, Menoch. *de arbitr. caſu* 475. *n.* 4. *verſ. Prima eſt regula*, Farinac. *de teſtibus, quæſt.* 69. *num* 2.

Quintò, nam quando (ſinè veritatis præiudicio) dominus Fiſcalis haberet pro ſe plures teſtes concludentes liberam, & ſpontaneā voluntatem D. Franciſcæ in celebratione omnium contractuū, adhuc noſtra probatio præualeret: in hac enim materia duo teſtes, qui deponant de metu, mille deponentibus de ſpontanea voluntate præferuntur, Innoc. *in capit. Super hoc de renuntiatione*, Bald. *in conſ. Schiſmatis ante rubricam* (*ſi quis aliquem teſtari prohibuerit num.* 26 vbi rationem reddit, *quia dicētes de libera voluntate, & ſpontaneo conſenſu, nō poſſunt ſcire intentionem, quæ ſoli Deo cognita eſt, & de inuiſibili, & quod non audiunt, nec ſentiunt ferunt teſtimonium, de quo nulla poteſt eſſe certitudo, quia oculus non videt, ſicut requiritur ad probandum verum actum hominis, quomodo pulchrè notat Dinus de aqua pluuia arcenda, l.* 2. *vndè apparet, quòd actu exteriori probato, ideſt metu, actus interior, ideſt voluntas, probari non poteſt*: idem Bald. *in l. obſeruare, §. proficiſci, ff. de offic. Proconſulis num.* 15. *verſ. Decimotertiò quæro*, Iaſon *in §. quadruplì inſtitut. de actionibus, nu.* 71. & 72. Viuius *opinione* 914. *part.* 3. Flaminius *de reſign. benefic. lib.* 13. *quæſt.* 1. *num.* 85. Gutierr. *conſ.* 14. *num.* 9. & *conſ.* 16. *numer.* 14. Maſcard. *volum.* 2. *concluſ.* 1057. *metus probatio magis conficitur*, Mandellus Albenſ. *conſ.* 77. *num.* 12. *lib.* 1. Gam. *deciſ.* 347. *num* 3. Theſaurus *lib.* 1. *quæſt. forenſ. quæſt.* 51. *numer. fin.* Matta *voto* 64 *num.* 3. & 4 Carolus de Graſ *except.* 11. *num.* 41. Ioan. Vincent. de Anna *allegatione* 115. *num.* 5. Pereira de Caſtro *deciſ.* 30. *num.* 7. *ad medium.*

63 Et idem quoad coniecturas procedit: eæ enim, quæ metum excludant, locum habebunt, non probato metu in contrarium, vt in puncto aduertit Graſ. *except.* 11. *num.* 99 Sēraphin *deciſ* 851. *num.* 2. vbi quòd præſumptiua probatio nihil prodeſt, vbi adeſt clara metus probatio, Menoch. *lib.* 3 *præſumptione* 126 *n.* 31. vbi dicit, quòd quando extant coniecturæ metus illati, magis creditur iſtis coniecturis, quàm pluribus teſtibus in contrarium, & ideò ex his excludebantur omnes ſpontaneæ volūtatis coniecturæ in contrarium excogitatæ, quando quælibet de per ſe non haberet ſufficientem ſatisfactionem.

64 Et ex eo etiam non obſtant teſtium pro contraria parte productorum depoſitiones, dum aſſerunt D. Didacum leniter, & non aſperè pertractaſſe D. Franciſcam, & nimio amore eam proſequutum eſſe, & non eſſe hominem aſperum & iraſcibilem, ſed bonæ indolis & voluntatis: nam hoc poterant atteſtari in aliquibus occaſionibus, in quibus cum eo interfuerunt: non enim continuò & ſemper, & cum omnibus poterat iraſci, nec etiam cum D. Franciſca, ſed non deponunt de actu aliquo ſpeciali, in quo habuiſſet diſſenſionem cum ea, & ideò non concludunt, vt in ſpecie ponderat Rota apud Farinac. *deciſ.* 242. *num.* 7. *lib.* 2. *crimin.* & probatio ſpecialis, quam de metu habet D. Franciſca præualet contrariæ generali, Rota apud Seraphin. *deciſ.* 818. *num.* 4. & 5.

65 Ex dictis excluduntur etiam clauſulæ inſtrumentorum, ſeu contractuum, in quibus D. Franciſca aſſerit ſe eas celebrare ſpontè, & nulla præcedente coactione: nam per illas nō excluditur metus, Menoch. *libr.* 3. *præſumpt.* 126. *num.* 30. ſed potiùs eius præſumptio magis augetur, Bald. *in conſil. Schiſmatis, in rubric. C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit num.* 26. *ad fin.* Graſ. *except.* 11. *num.* 54. & 58. Anna *allegatione* 15. *num.* 5.

FVNDAMENTVM SECVNDVM.

In quo aliquæ circumſtantiæ metus probationem inducentes, perpenduntur.

66 QVando D. Franciſca non tàm plenè & concludenter metum & coactiones ſibi illatas probaſſet, ſufficerent circunſtātiæ earum, & ſigna, quæ ex huius cauſæ actis patent, vt aſſerit Bald. *in cap. cùm terra* 14. *de electione, num.* 6. *ex metu viſcera commota ſunt, & mens conſternata clamoribus, & quod natura timet, ratio naturalis timere videtur, quia anima angustias corporis ſentit, & interiùs pungit, quod exterius premit & quod vbi eſt ſenſus, ibi paſſio: & ſi bonus eſt ſenſus, bona eſt paſſio, & ſi malus, mala*: idem Bald. *in cap. cùm inter, R de electione num* 5. ibi: *Et reſultat quoddam mixtum in animā, nam libertas animæ diſſentit, ſed ſenſualitas conſentit, ne maius detrimentum patiatur: & ideò coniecturæ exactibus exterioribus reſultantes*

& enormen coronæ læsionem, omnes simul attenduntur, & si ex omnibus resultet sufficiens præiudicium, omnes annullantur, sine anteriorum, seu primarum præseruatione, ex quibus non potuit coronæ læsio resultare, vt notabiliter tradit Isernia *ad constitutio. Siciliæ lib. 3. tit. 4. de iure suo curiæ seruando in constitutione dignum folio mihi* 196. *colum.* 2. vbi cùm dixisset Principem posse facere modicas donationes, subdit hæc verba: *Vbi autem immoderatè donasset demania in graue præiudicium coronæ, & donatio vltimo facta redderet donationem immensam, ab omnibus fiet reuocatio, quia per vltimum actum agnoscitur, vt infirmetur, aut confirmetur præcedens*, cui adde Scipionem Theodorum *allegat.* 10. *num.* 48. & 49. Idem tenet Lucas de Penna *in l. quicumque num.* 9. *C. de omni agro deserto lib.* 11. loquens in pluribus donationibus à Rege factis, quod sequitur Afflictis *in rubrica quæ sunt Regalia num.* 15. vbi addit, quòd ideo iustè fuerunt reuocata omnia priuilegia, & alienationes iurium demanij per Curiam Capuanam, Præpositus *in præludijs feudorum num.* 24. *ad finem*, Martin. Laudensis, quem refert & sequitur Iason *in præludijs feudorum num* 77. Iacob. de Sancto Georgio *in sua inuestitura feudali n.* 2. Rolandus *cons.* 1. *num.* 122. & *sequent. lib.* 2. Ludouicus Morotius *respons.* 45. *n.* 26.

192 Et hoc etiam comprobatur alio simili, nempe in furtis rerum minutarum, eorum enim quodlibet de per se non efficit peccatũ, & iuncta aliqua, quæ quantitatem æstimabilem efficiant, illud efficiunt, quia singula quæ non prosunt, simul collecta iuuant, vt in puncto tradit, Sanchez *in sua Summa lib.* 1. *cap.* 4. *num* 9. & 10. & in hoc casu, qui peccat, non satisfacit, si vltimum furtum, ex quo materia illicita effecta fuit, restituat, nisi simul cũ omnibus: nam ex vltimo materia peccati formatur, & omnia furta anteriora illicita efficiuntur, vt in puncto resoluit Medina *in C. de restitut. quæst.* 10. *§. occurrit hic casus, versic. Ad secundum casum*, Corduba in Summa *quæst.* 70. *punct.* 2. *paulò post principium*, & versic. *Dixe que no solo*, & in his terminis ita resoluit Parisius *consil.* 75. *num.* 13. 14. & 15. *lib.* 3. & hanc quæstionem in fauorem vxoris suam dotem repetẽtis decidit Senatus Cathaloniæ, vt refert Fontanella *de pactis nuptial. tom.* 2. *clausul.* 7. *glos.* 2. *part.* 6. *num* 20. *pag.* 591. vbi omnes cõtractus, & obligationes ab ea factæ constante matrimonio, rescissæ fuerunt, non exceptis primis, licèt author ibi videatur in cõtrariam partem, sine aliquo fundamento inclinare, & hoc cognito in eadem *clausula glos.* 3. *part.* 13. *num.* 30 & 31. *pag* 768. & 769. in ipsomet casu resoluit contrarium.

193 Et ad hoc est individualis clausula testamenti D. Regis Henrici Secundi relata *in l.* 11. *tit.* 7. *l.b.* 5. *Recopilat.* qua reformatæ fuerunt omnes alienationes factæ de bonis Regiæ Coronæ, non exceptis primis.

194 Et doctrinæ istæ quamplurimum huic nostro casui conueniunt: nam Lucas de Penna *in dict. l. quicumque num.* 17 *C. de omni agro deserto*, æquiparat dominium, quod Rex in bonis Regni habet, illi quod habet maritus in bonis vxoris.

195 Et cùm hæc eadem quæstio contingeret in causa Ducisæ de Medina de Rioseco, cum Ioanne Gil Delgado relata *supra n.* 147. in Senatu rescissa, & annullata fuit Ducisæ obligatio, quamuis erat ex primis.

196 Et ideò solum per istud fundamẽtum deberet obtinere D. Franciscа, vtpote clatum & indubitabile in sui fauorem, & iuxta litis factum non subiectum difficultatibus à Doctoribus propositis, quibus satisfactum fuit super abundanter, vt res & veritas clariùs liqueant.

FVNDAMENTVM SEPTIMVM.

Dolum interuenisse in venditione, & hypothecæ remissione.

197 CErta & textualis est cõclusio, quòd quando res venditur habita fide de pretio, simpliciter, & absolutè, venditor pro exactione pretij, non habet in re vendita priuilegium, neque hypothecã, & ideò in ea creditores anteriores emptoris præferendi sunt, *l. procuratoris, §. planè, ff. de tributoria actione.*

198 Sed quando per dolum emptoris habetur fides de pretio, tunc cùm venditionis contractus sit bonæ fidei, & dolus dans causam contractui annullet eum, in casu proposito, non transit dominium rei in emptorem, nec desinit esse venditoris, & ideò habebit prælationem in re ipsa vendita, non tanquam in bonis debitoris sui, sed tanquam in re sua, vt probat *text. in l. si quasi, ff. de pignorat. actio. glos. in l. quod vendidi, ff. de contrah. emptio.* & ita in terminis resoluit Angelus *in l. si cùm dotem, §. si mulier soluto matrimonio*, Barbosa *in eadem l. si cùm dotem, §. fin. num.* 38. *fol. vltimo limita, versic. Videntur tamen, & num.* 39. Camillus de Curte *in suo diuersorio iuris feudalis tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 109. Thoro *in comp. decis. Neapolitan. versic. Creditor ex causa venditionis merciũ paulò post principium pag. mihi* 131. Gizarrellus *decis.* 59. *& ibi addentes.*

199 Et idem est quando in locum alicuius hypothecæ subrogatur alia, prima remissa, quia si hoc fit per dolum aduersarij, primum pignus non remanet liberatum, *glos. in l. si rem alienam 9. §. omnis, verbo deceptus, ff. de pignorat. action.* quam ibi sequuntur Doctores, & specificè Bart. & Fulgos. quorum opinio fuit recepta in Senatu Neapolitano, Franchis *decis.* 708. vbi reiecta fuit opinio Aretini contrarium dicentis.

200 Et quãdo in locum primi fideiussoris

accipitur alius per dolum aduersarij, non liberatur primus, nec pristina actio extinguitur, additio ad Bart. *in l.3. ff de fideiussoribus, vbi Angelus ad finem* notat, quòd si dans fideiussorem minùs idoneum, dolosè procedit, non liberatur, quod etiam sequitur Paulus in fine, idem Angelus *in l.1. ff. si quis in ius vocatus non ierit*, vbi loquitur in eo, qui affirmat fideiussorem esse idoneum, quod etiam sequitur Paulus ibi, Alexand. *in l. si cum dotem, §. si mulier, ff. soluto matrimonio num.4. versic. Vnum addo circa prædicta*, vbi pro regula constituit, sequēdo alios, quòd creditor acceptans fideiussorem minùs idoneum, vel debitorem delegatum inopem, sibi præiudicat, quia tenetur inuestigare ipsius conditionem, & ideò recipiendo videtur ipsum, tanquam idoneum approbare, nisi creditor probaret suam iustam ignorantiam, vel fuisse subductum suasionibus principalis delegantis asserentis debitorem delegatum esse idoneum, Straca *de decoctor. 5. part. num 4.* omnino videndus Barbosa *in l. æstimatis soluto matrimonio num.11. versic. Nec obstant supra adducta*, qui loquitur de ignorante qualitatem debitoris, Rodriguez *de annuis redditibus lib.2. quæst.21. num.22.* Felicianus *de censibus lib.2. tom.2. cap.1. num.13 colum.2. versic. Qui censum iam creatum vendidit, & col. 4 ad finem*, vbi prædictam distinctionem sequitur.

201 Et est conclusio certa, & textualis, quòd ad hoc vt primus contractus innouetur per secundum, necessarium est secundum esse validum, & vtilem, aliàs enim si est inualidus, & inutilis secundus contractus, primus firmus & stabilis manet, quia non præstat impedimētum, quod de iure non sortitur effectum. Ita in specie aduertit Purpuratus *in l. pacta nouissima, C. de pactis num.14.* Gratianus *lib.2. discept. forens. cap.290. n.13.* vbi loquitur quādo contractus secundus fit per dolum, Marius Muta *decis. Siciliæ 11. n 9. & 13.*

202 Et in fauorem dotis hæc resolutio est extra omnem controuersiam: nam si vxori datur in solutionem suæ dotis aliquod debitum inexigibile, ipso iure non valet datio in solutum, & potest agere pristina actione de dote, *vt est text. in l qui res de solutionibus, & in l. si cum dotem, §. si mulier soluto matrimonio*, vbi nuncupatim aduertunt Angel. Bald. & Alexand Imola, & cæteri Doctores idem Angelus *in l.3. ad finem, ff. de fideiuss.* Straca *de decoctor. part.5. num.4* Surdus *consil.145. num. 34. versic. Ad legem quiues*, Barbosa *in l. æstimatis soluto matrimonio num.12.* Fabio de Anna *consil.25. ex num.30 vsque ad 37.* Castillo Iunior *lib.4. controuers. cap.59. num.59. versic.7. concluf.*

203 Quod omne optimè huic casui applicatur: nam D. Franciſca in hac reuisionis instantia probatum habet dolum, quo Petrus Aluarez de Viera & consortes processerunt in redditus emptione, & hypothecæ remissione: nam *in art.22.* duo testes deponunt Ludouicum Arias Becerra, & eius vxorem, & Ruy Mendez de Vasconcelos & suam, tempore intercessionis factæ in hac fideiussione fallitos esse, & decoctos, & aliquid ab eis exigere impossibile esse, & idem dicunt alij testes in *art. etiam 23. 24. & 25.* & quoad fideiussores adhibitos in primo contractu celebrato mēse Martij 608 certum est omnes esse fallitos, vt satis probatum extat in art. 26 & tam in istis, quàm in illis Regium patrimonium plenissimam fecit excussionem, & nulla eorum bona inuenta sunt, vt constat ex testimonio producto à D. Franciſca.

204 Quod ad hunc effectum sufficit: nam vt dictum fuit supra *à num.200.* creditori ignoranti qualitates debitorum, quibus delegatur, succurritur, vt ipso iure non teneat contractus, & possit reuertere ad pristinam actionem, & dotis fauor hoc euidentius facit, vt *num.202.*

205 Deinde hic dolus probatur, nam dicti emptores, ad hoc vt D. Franciſca à viro suo induceretur per metum, & violentiam, quam ei intulit ad celebrationem dictorum contractuum, dederunt pecunias in magnam summam D. Antonio de Vlloa Equiti Ordinis D. Ioannis, vt in omnibus mediator esset, vt testes deponunt in artic. 27. quorum Ioannes Ruiz de Allenda in calce suæ depositionis deponit rem notatu dignam, scilicet Ludouicum Arias de Becerra ei dedisse centum ducatos, vt daret D. Didaco de Figueroa, nihil tale sciente D. Franciſca · etsi contractus esset planus, & in eo cum bona fide procederetur, certum est, non esse necessarium dare dictas nummorum summas mediatoribus: nam D. Franciſca facere debebat, si meliorem suam conditionem efficeret. Ex quibus dolus satis patet, & probatus est, ad quod sufficiunt coniecturæ, & præsumptiones, *l. dolum, C. de dolo, vbi* Angel. *verbo, Conuenit* exemplificat dolum in eo, qui alium inuitat, vt fideiubeat, Franciſcus Vegg. *consil.41. num.4* vbi loquitur in terminis debiti malæ conditionis cessi, & dicit dolum probari ex coniecturis, & qualitate facti, *& num.5.* dicit hoc procedere, quando dolus conuertitur in vtilitatem eius, qui eum machinatur, *& num.6*, id prosequitur latè, *& nu. 7. 8 9. & 10. vers. Quapropter* infert ex dictis, quòd cessio illa, vtpote propter dolum facta, erat nulla, Mascardus *de probat. volum. 1. concluf. 531. & 532. & volum.2. concl.1315.* Flaminius Paris. *de resig. benefic. lib.13. quæst.3. ex num.20.* vbi latè. *& num 25. & 26* ponderat coniecturam conuersionis actus in vtilitatem dolum machinantis.

206 Et reuera omnibus horum contractuum circunstantijs perpensis, abundant do-

lo

lo & malitia ex parte emptorum, persuaserunt enim D. Franciscæ vtilem sibi esse venditionem, posita in primo contractu occasione fallendi, nempe, quòd data fideiussione in quantitate 14[illegible] ducatorum, remittenda erat eiusdem redditus hypotheca, qui quidem pro toto eius pretio obligatus remanebat, & postea datis fideiussoribus fallitis, & de quibus nulla esse poterat exigendi spes, & ad hoc dare pecunias mediatoribus, vt asseruit Franciscus Vegg. *dict. consil. 41. num. 4. & 6.* ex qualitate facti arguitur dolus, & ideò est impossibile, quòd omnes sibi non persuadeant interuenisse in hac venditione!

207 Ex quo infertur dominium non fuisse translatum in emptores, & ideò D. Franciscam redditum reivindicare posse, vt supra dictum est *num. 198* Et quando hypothecæ remissio sit nulla ob dolum, vt dictum est *num. 199.* redditus ipse hypothecæ subiectus manet pro exactione pretij, iuxta primum contractū mensis Martij anni 1608. & consequenter redditus in dominio D. Franciscæ remansit, & potest eum à fisco petere, & præferenda est omnibus creditoribus Ludouici Arias Becerra, & Petri Alozrez de Viera, *l. licet, C. qui potiores in pign. hab* Seraphinus *decis. 661. part. 1.* Franchis *decis 97. & 506. in principio*, Fontanella *de pactis nuptialibus tom. 2. clausula 7. gloss. 6. part 8. num 72.* vbi plures alios refert.

208 Et ideò hoc solum fundamentum sufficiebat D. Franciscæ ad obtinendum, quantò magis cum tot, & tam solida eius partem foueant.

209 *Actio quod metus causa habet locum contra tertium possessorem, & num. 210.*

211 *Capit. Abbas, & ibi glossa verbo coactus ad medium, extra de his quæ vi, ponderatur.*

212 *Glossa in l. si cum exceptione, §. fin. verbo lucrum, ff quod metus causa refertur, & Crauetta consil. 120. num. 6. versic. Aduertendum, & consil. 461. num. 34. & 35. cum sequentibus.*

213 *Sed reprobatur ex communi Doctores sententia.*

214 *Actrix iuxta glossæ opinionem debet obtinere.*

215 *Fiscus nullum habet priuilegium, nisi in casibus à iure expressis.*

216 *Læsio enormissima contractus rescindit.*

217 *Et remedium illius habet locum contra tertium possessorem.*

218 *Tertius dicitur non solùm primus, qui adquisiuit rem per metum alienatam, sed etiam vlteriores possessores.*

219 *L. si vi vel metu, C. de his quæ vi, ponderatur.*

220 *Et interpretatur, quòd restitutio prætij debet fieri emptori quando fuit conuersum in vtilitatem venditoris.*

221 *Pretium præsumitur ad virum peruenisse, quando is & vxor simul rem vendunt.*

222 *Et ideò præsumitur in vtilitatem vxoris conuersum non fuisse.*

223 *Quando metum passus pretium rei restituere debet, non tenetur tertio possessori totum pretium, quod exbursabit, præstare, sed tantum quod vendens accepit.*

224 *Fructus in reivindicatione debentur à die litis contestationis.*
Et in actione quod metus causa debētur omnes à die venditionis.
Et quando titulus reducitur ad nō titulum.

226 *Rescisso contractu ex remedio l. 2. C. de rescind. quando adest læsio enormissima, res cum fructibus restituitur.*

Post num. 226. inuenies summaria, quæ desiderantur.

ARTICVLVS SECVNDVS.

209 QVamuis in hoc articulo solùm satisfiat oppositionibus D. Fiscalis, tamē cùm punctus sit considerabilis, & in eo quamplura ad litis materiam conducibilia dicenda sint, quæ simul sunt necessaria ad intelligentiā boni iuris, quod D. Franciscæ persequitur, factus fuit ex eo articulus de per se.

210 Et ideò ad rem deueniendo, conclusio est certa, & textualis, actionem quod metus causa locum habere contra tertium possessorem, quamquam rem adquisierit bona fide, & ignorans rem metu alienatam fuisse: nam cùm ad dominij rei translationem sit necessaria voluntas alienantis, & hæc deficit, cùm coactio, & metus intercedit, non potest tertius adquirere dominium, *l. si cum exception. §. in hac, & §. aliquando, & §. Paulus, l metum, §. animaduertendum, ff. quod metus causa, l. si vi, vel metu 3. C. eodem titulo*, vbi Bart. *num. 1.* dicit, quòd res venditæ per metum possunt repeti, per actionem in rem à quolibet possessore, & *num. 4.* Bald *nu. 1.* vbi adducit, quòd res vendita, & tradita per metum potest repeti per vtilem reivindicationem: item per actionem quod metus causa à quolibet possessore, & *n. 2. infert*, quòd quandoque transit dominium, sed non effectus dominij, Paulus de Castro *n. 1. & 2.* vbi addit, quòd licèt de rigore iuris ciuilis vendens, & tradens, transtulerit dominiū, propter traditionem, & consensum licet coactum, eodem tamen instanti de æquitate prætoria restituitur vtile eidem tradenti, propter quod res non videtur exisse de patrimonio suo, & ratione huius dominij habet vtile contra quemlibet possessorem, Angelus *in dict. l. si vi in principio*, vbi dicit esse notabile, quòd possessor ex quadam re obligatus est ad eam tradendam.

211 Et ad hoc etiam est textus formalis, *cap.* Abbas *de his quæ vi, & ibi glos. verbo coactus*

ad medium, verſic. Nec refert, vbi inquit nihil referre quis metum intulerit, an poſſidens, vel alius, dummodo probetur rem metu amiſſam, & quòd poſſit agi, tam contra poſſidentem, quàm contra metus illatorem, quod ſequitur Imola ibi, *num.* 1. *verſic. Item nota*, Bellà mera *num.* 3. *verſic.* 5. *Nota, & num.* 4. *verſic.* 7. *nota*, Butrius *num.* 4. *& num.* 14. Baldus *in l. ſi cum exceptione, §. aliquando lectura* 2 *ff. quod metus cauſa num.* 1. *&* 2. notat, quòd actiones in rem ſcriptæ pariter diriguntur contra quẽlibet poſſidentem cum titulo, & ſine titulo, Trentacinquius *lib.* 1. *variar. tit. de his quæ vi reſolut.* 2. *num.* 1. Morotius *reſponſo* 75. *num.* 3. Pariſ. *conſil.* 139. *num.* 22. *lib.* 4. Ruinus *conſil.* 121. *num.* 25. *ad medium lib.* 4. Corneus *conſil.* 127. *num.* 46. *volum.* 2. Surdus *conſil.* 513. *num.* 46. *&* 47. *volum.* 4. vbi latiſſimè, Sanchez *de matrimonio lib.* 4. *diſputat.* 8. *num.* 7. *&* 11. *& diſputat.* 9. *num.* 6. vbi notabiliter loquitur, & addit, quòd hoc procedit etiam quando contractus reſcinditur ex metu reuerentiali, quia ex eo poteſt tertius conueniri, Cauagnolus *in reſponſ. poſito poſt deciſ.* 42. *num.* 13. *&* 14. *part.* 1. vbi agitur etiam de metu reuerẽtiali, Thuſcus *tom.* 5. *lit. M. concl.* 221. *n.* 12. Honded. *conſil.* 29. *n.* 20. *vol.* 1. Proſper. Farinac. *in fragm. crimin. tom.* 2. *liter. M. num.* 18. 19. *&* 20. D. Valenç. *conſil.* 29. *num.* 56. *&* 57.

212 Et licèt *gloſſ. in l. ſi cum exceptione, §. in hac, verbo lucrum, ff. quod metus cauſa*, diſtinguit in hoc puncto inter poſſidentem ex cauſa oneroſa, & ex cauſa lucratiua, vt ſcilicet quando ex cauſa oneroſa, non poſſit conueniri, niſi in ſubſidium, nempe quando metum inferens non eſt ſoluendo, quod ſequitur Craueta *conſil.* 120. *num.* 6. *verſic. Aduertendum, & conſil.* 461. *num.* 34. *&* 35.

213 Hæc gloſſæ opinio ab omnibus reprobatur, vt dicit Albericus *in eodem §. in hac n.* 7. vbi dicit, quòd loquitur contra iura expreſſa, Bald. *in eadem l. ſi cum exceptione, §. aliquando in prima lectura num.* 1. vbi dicit, quòd ad hũc effectum nõ diſtinguitur titulus lucratiuus ab oneroſo, & ideò eſt concluſio certa, & communiter recepta, quòd ſiue tertius poſſideat rem titulo oneroſo, ſiue lucratiuo, ſiue ſciat, ſiue ignoret rem metu fuiſſe alienatam, poterit pro illius reſtitutione conueniri, *l. non intereſt* 5. *C. de his quæ vi, vbi gloſſa verbo ab alio, & Doctores communiter*, Vrſilius ad Afflictum *deciſ.* 246. *num* 8 vbi dicit duram eſſe cõtrariam opinionem, & pro ea nõ poſſe in practica obtineri, Vrſillus *deciſ.* 263. *ad finem*, vbi dicit in illo Senatu contra opinionem Crauetæ ſemper fuiſſe iudicatum, Ruinus *conſil.* 121. *num.* 25. *lib.* 4. Thuſcus *tom.* 5. *lit. M. concluſ.* 221. *n.* 35 Surdus *conſil.* 513. *num.* 46. *verſic. Demum non reſiſtit, & num* 47. *&* 48. vbi dicit Crauetam, & alios, qui contrarium defendunt, inaduertenter loquutos fuiſſe, & contra eos ſtare communem opinionem, Morot. *reſponſo* 75. *num.* 3. vbi reprehendit Craueta. *& num.* 4 *ſequens gloſſ. in l. non intereſt verbo ab alio, verſic. Nam idem eſt, C. de his quæ vi*, conſtituit differentiam ſolùm inter emptorem ſcientem, aut ignorantem metum, quando res per metum alienata reperitur in poteſtate tertij alicus: nã ſi conſcius ſit metus, non liberatur, ſecus autem ſi illum ignorat, quod ſequitur Coſta *in tractat. de iuris ſcientia, & ignor. centuria* 2. *diſtinct.* 91. *num.* 1. *&* 2. Fontanella *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſul.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 5. *num.* 20. *vſque ad* 24. *pag.* 581. vbi dicit in illo Senatu ita practicari.

214 Et quando gloſſæ, & Crauetæ opinio eſſet certa, adhuc ſecundum eam debebat obtinere D. Franciſca, cùm D. Didacus de Figueroa eius vir, qui metum intulit ad venditionẽ celebrandam, non ſit ſoluendo, & ſic in ſubſidium poteſt, & potuit actionem ſuam contra fiſcum intentare vti huius redditus poſſeſſorẽ.

215 Et propterea non habet hic punctus diuerſam intelligentiam: regula enim eſt, fiſcum nõ eſſe priuilegiatum, niſi in caſibus à iure expreſſas, *gloſ. in l. item veniunt, §. ait Senatus, verſic. In priuatorum, verbo in publica, ff. de petit. hæredit.* Caballus *tom.* 1. *crimin. caſu* 59 *nu.* 20. *&* 21. *& tom.* 2. *caſu* 203. *n.* 10. & nouiſſimè cum alijs Ioſephus Melle *in addit.* ad Gizarell. *deciſ.* 1. *n.* 91 92. Et ideò fiſcus, qui rem metu alienatam poſſidet, poteſt pro ipſius reſtitutione conueniri, vt in puncto reſoluit Bald. *conſil.* 127. *à principio tituli n.* 1. *vol.* 3. Thuſcus *tom.* 5. *lit. M. concl.* 221. *n.* 13. Farinac. *in fragment. crimin tom.* 2. *lit. M. num.* 18. Bertrandus *conſ.* 258. *volum.* 7. *n.* 21. *verſic. Quin etiam Dominus Ludouicus*, vbi dicit hoc in tantum procedere, quòd etiam ſi tertius poſſideat rem metu alienatam ex titulo habito à Principe, adhuc poteſt pro rei reſtitutione conuenìri.

216 Præterea hoc ſuadet animaduertere, quòd D. Franciſca de Salazar intendit horum contractuum reſciſſionem ob enormiſſimam læſionem, vt probatum eſt ſupra *ex num* 90. qua interueniente in aliquo contractu, reſcinditur in totum, ſine eo quòd poſſeſſori detur electio ſupplendi iuſtum pretium, & rem retinendi, Cagnolus *in l.* 2. *C. de reſcind. num.* 81. Anton. Faber *in ſuo Codice, lib.* 4. *tit.* 30. *diffinitio.* 3. Theſaurus *deciſ.* 165. *num.* 8 Et ratio eſt, quia interueniente læſione enormiſſima, adeſt dolus ex propoſito, & re ipſa, *l. ſi ſuperſtiti, C. de dolo*, Theſaurus *dict. deciſ.* 165. *num.* 6. Farinac. *in praxi quæſt.* 89. *nu.* 140. Anton. Corn. Roman. *in tractat. de abſolut. forenſ iuram. promiſ.* 4. *part. caſu* 8. *num.* 13. *&* 14 *& caſu* 3. *nu.* 115. vbi dicit, quòd ex enormiſſima læſione præſumitur machinatio, dolus, & coactio, Aldouinus *conſil.* 1. *num.* 98. vbi dicit, quod interueniente enormiſſima læſione præſumitur dolus ſaltim re ipſa, *& num.* 100. addit, quod

ad

ad reſcindendum contractum non differt dolus re ipſa, à dolo ex propoſito.

217 Et in ſpecie, quòd interueniente læſione enormiſſima reſciſſio contractus habeat locum contra tertium, reſoluit Franchis *deciſ.* 665 *deceßit Pronenzana num.* 6. Giurba *deciſ.* 105 *num.* 15. *num.* 17. Pereira de Caſtro *deciſ.* 15. *num.* 3 & nouiſſimè Fontanell. *deciſ.* 64 *ex num.* 12. *& deciſ.* 65. *ex num.* 15. *tom.* 1. Caſtill. *de tert. cap.* 18. *num.* 97. 98. Hermoſill. *ad l.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. *ſup. gloſ.* 7. *n.* 43. *fol* 310.

218 Et cùm textus & Doctores loquantur in tertio poſſeſſore, vt poſſit conueniri actione quod metus cauſa, non ſolùm dicetur tertius, qui immediatè à meticuloſo emit, ſed etiam alius quilibet, ad quem res peruenerit, licèt ſit mediatus, eſt enim vitium reale, & trāſit contra quemcumque poſſeſſorem, etiamſi ſæpiùs tes fuerit alienata, quia emens ab emptore, videtur à primo venditore emiſſe, *l. ſiue autem, §. ſi duobus in verbo, petentis, verſ. Quandoque à diuerſis non dominis, ff. de publiciana in rem actione*, Paciaus *conſil.* 160. *num.* 70. 71. 72. *&* 73. & in ſimili facit *l. hæredis, ff. de verbor. ſignificat. l. qui per ſucceßionem, ff de regulis iuris*, & aduertit Parladorus *lib.* 2. *rerū quotidian. cap. fin.* 4. *part. §.* 5. *num.* 19. *&* 20 Felicianus *de cenſibus tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 12. Zeuallos 3. *p. q.* 820. *n.* 48.

219 Et in noſtra ſpecie probat text. apertus *in l. ſi vi, vel metu, C. de his quæ vi*, ibi: *Et ſi maximè emptor. eum alij vendidit.*

220 Et licèt in ea diſponatur, quòd quādo cōtractus reſciſſio intentatur per actionem quod metus cauſa, poſſeſſori pretium, quod pro re dedit, offerendum eſt, hæc deciſio procedit, quando ille, qui fuit compulſus vendere, accepit pretium, & in ſuam vtilitatem conuertit, & ideò iuſtum eſt, quòd reſciſſo contractu pretium reſtituat emptori, vt emptor, & venditor indemnes conſeruentur, ſed ſi pretium non fuit conuerſum in venditoris vtilitatem, non tenebitur illud reſtituere, ſed præcisè ei reddendum eſt quod vendidit, & hoc modo procedit *l ſi mancipium, C. de reivindicatione*, & percipit hanc quæſtionem, & materiam *gloſſ. in d. l. ſi vi, verbo reddito, verſic. Sed hoc quod dicit, C. de his quæ vi*, & ibi Bartolus *in lectura antiqua num.* 17. *verſic. Contra primū dictum oppono.* vbi ſic conciliat alia iura Paulus de Caſtro *num.* 2. *verſic. In textu ibi*, vbi dicit rem ad hoc propoſitum mirabilem, nempe quòd ſi pretium fuit ſolutum alteri, quàm vindicanti, non eſt reſtituendum à vendicante, niſi fuerit conuerſum in ipſius vtilitatem, idem Paulus *in l. non intereſt eodem titulo num.* 2. vbi dicit, quòd quando tyrannus compellit aliquem ad vendendum, vt pretium recipiat, poterit venditor rem venditam recuperare, pretio non reſtituto, & quòd ita conſuluit de facto, ſequitur *additio* ad Bart. *in eadem l. non intereſt, & cæteri Doctores ibi.*

221 Vnde in hoc caſu D. Franciſca de Silazar nullo modo tenetur pretium aliquod fiſco reſtituere ad reivindicandum hunc annuum redditum: nam quod numeratum fuit, tam tempore contractus, quàm poſtea, nō accepit ea, ſed eius vir, licèt ambo numerationē faterentur in inſtrumento receptionis, & ita præſumitur de iure, Baldus & cæteri Doctores *in authentic. ſi qua mulier, C. ad Velleian.* Speculator *tit. de obligat. & ſolut. §. ante omnia, verſ. Sed pone vir*, Franch *deciſ.* 474. Theſaur. *deciſ.* 222. *num.* 14. Barboſa *in l.* 1. 5 *part. num.* 55. *&* 56. *& in l. ſi cùm dotem, §. tranſgrediamur num.* 38. *ſoluto matrimonio*, Seraphin. *de priuile gysiuramenti priuilegio* 65. *num.* 4. 5. *&* 6. Manentus *conſil.* 96. *num.* 1. 2. *&* 7. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 22. *in principio*, Rodriguez *de annuis reddit. lib.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 17. *&* 18 Coſta *de rata & quota quæſt.* 42. *n.* 7. loquitur etiamſi mulier iurauerit receptionem pecuniæ, Bertazol. *de clauſ. clauſula* 31. *gloſſ.* 4. *num.* 2. *pag.* 177. Gratian. *lib.* 3. *diſceptat. forenſ. cap.* 498. *num.* 1. *& ſequent.* vbi benè explicat Fontan. *de pactis nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 4. *num.* 19. vbi refert quaſdam illius Senatus deciſiones.

222 Ex quo etiam infertur, dictum pretiū in ſui vtilitatem verſum non fuiſſe, & ita de iure præſumitur, Bald. *in authentica ſi qua mulier, C. ad Velleian. & probat l.* 61. *Tauri*, ibi: *Saluo ſi ſe prouare, que ſe conuirtio la tal deuda en prouecho della*, vbi notat Palacius Rubius *num.* 5. quòd creditor, qui in hoc ſe fundat, debet probare verſum in vtilitatem mulieris: nec in hoc ſtabitur vxoris confeſſioni, Baldus, & Palacius Rubius vbi ſupra, Paulus de Caſtro *in dicta authentica ſi qua mulier num.* 3. Theſaurus *deciſ.* 223. *num.* 2. *&* 4. Angelus *in §. item ſi quis in iudicio num* 20. *verſic. Qui ſi cum iuramento inſtituta de except.* Hondedeus *conſil.* 45. *num.* 32. *lib.* 1. *additio* ad Seraphin. *dicto priuilegio* 65. *num.* 3 *&* 4. Rodriguez *de annuis redditib. lib.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 19. Fontanel. *de pactis nuptial. tom.* 2. *clauſul.* 7. *gloſſ.* 7. *part.* 13. *num.* 13. vbi ad hoc, vt non præſumatur pretium conuerſum in vtilitatem vxoris, ponderat acceptum fuiſſe à marito, & loquitur quando vxor ſimul cum viro inſtrumentum receptionis celebrant: qui Doctores hoc etiam extendunt, ſi mulier cōfiteretur cum iuramento pecuniam eſſe verſam in ſui vtilitatem: nam cùm vir ſit qui præcipuè agit, & vxor eſt tanquam fideiuſſor, principale attendendum eſt, & non acceſſorium, quod etiam comprobat Anton. Heringius *in tractat. de fideiuſſoribus cap.* 7. *n* 402. & alij plures, & probant etiam relati ſupra nu. 100. & ſic quoad exactum, quod maiorem dubitationē habere poterat, certum eſt dictā D. Franciſcam minimè illud reſtituere debere.

223 Quoad ad illud, quod nondum exactū eſt, & adhuc debetur, pro cuius ſecuritate

Petrus Aluarez de Vera certos dedit fideiussores, minus verſatur dubium: nam cùm nõdum ſit exactum, non poteſt dici in vtilitatem D. Franciſcæ verſum fuiſſe, nec eius viri, & quãdo hæ obligationes pro parte pretij haberentur, ad notata *in l. fundi partem. ff. de contrahenda emptione, l. pretij cauſa, C. de reſcindendâ*, ſolummodo D. Franciſca poterat compelli ad cedenda fiſco illa iura, ſine præiudicio ſui iuris, & ſine eorum euictione, & eius quòd conſtante matrimonio exactum fuit. Illud enim fuit, quod revera pro dicto redditu accepit, nõ obſtante quòd fiſcus magis ſoluiſſet, & in hoc eſt diſtinctio, quòd ſi quis ob metum pro viginti vendat rem, & emptor eam alij pro triginta vendat, hic primus venditor ſi intentet actionem quod metus cauſa, non tenebitur reſtituere tringinta, pro quibus emit, ſed viginti quæ ipſe accepit, & in ſui vtilitatem verſa fuere, *gloſ. in dict l. ſi vi, vel metu, C. de his quæ vi, verbo, Reddito*, ibi: *Item quod pretium redditur*, vbi notat Bald. *num* 6. qui vtitur prædicta diſtinctione, Angelus *num.* 1. *verſic. Si verò primum pretium eſt minus ſecundo*, Paulus *num.* 4. *col.* 2. *verſic. in fin. gloſ.* ibi: *Licèt de hoc dubitaret* Bartolus *ibidem num.* 8 dicens, quòd ex ſimplici venditione, non tranſit in ſecundum emptorem ius excipiẽdi, niſi in ipſum cedatur, quod latè explicat Aloiſius de Leo ibidem, ſed ad nos pertinet inquiſitio huius dubitationis: nã quando opinio magis ſtricta ſequatur, ſcilicet tertio offerendum eſſe pretium à primo emptore datum, D. Franciſca adimplebat facta dicta ceſſione, & ad nihil amplius tenebatur, licèt quoad fiſcum dictus redditus magis æſtimaretur in credito dicti Ludouici Arias de Becerra, & eius fideiuſſorum, vt ſupra dicti Doctores dicunt.

224 Denique quoad huius iuris Regalis redditus, quos D. Franciſca petit à die alienationis, nulla verſatur dubitatio quin ei debeant adiudicari.

225 Primò, nam quoad redditus à litis cõteſtatione in omnem euentum, eos fiſcus debet, *l. certum, C. de rei vindicatione cum vulgatis*. Secundò, nam etiam ei debentur ab alienatione, quia hoc eſt peculiare in iſta actione quod metus cauſa, quòd in ea veniant fructus rei alienatæ, *l. ſed partus* 12. *ff de eo quod metus cauſâ*, vbi notat Bald. Innoc. *in cap. grauis de reſtitutione ſpoliator. num* 1. quod procedit ſimiliter reſpectu tertij, qui metus non fuit particeps: nam cùm titulus ſuæ adquiſitionis etiam irritetur, veniunt quoque fructus, vt probat *text. in capit. Abbas* 2. *de his quæ vi*, vbi cùm quis compulſus fuiſſet relinquere ſuam præbendam, de qua collatio fuit facta alteri violentiæ ignaro, quæ in reſignatione interuenit, diſponit Pontifex ſibi præbendam reſtitui cum integritate vniuerſa, & ibi notat Abbas *num.* 3. vbi dicit, quòd omnia damna, fructus, & intereſſe debent reſtitui metum paſſo, Bellamerà *num.* 5 Angelus *in l. ſed & partus, ff. quod metus cauſa num.* 2. & 3. vbi dicit, quod vbi titulus pro non titulo habetur, poſſeſſor tenetur de fructibus percipiendis, prout in hac actione quod metus cauſa, & generale eſt, quòd quando titulus poſſeſſionis reducitur ad non titulum, res cum fructibus debeat reſtitui: nã exitus ſententiæ hoc declarantis, operatur omniũ nullitatem, probat, *l. filio, §. contra tabulas, ff. de inofficioſo teſtamento, l.* 1. *C. de fide inſtrument. & iure haſtæ fiſcalis lib.* 10 *l. cùm filius, §. qui Mutiana, ff. de legat.* 2 Roman. *conſil.* 454 *ex n.* 25. *vſque ad* 28. Afflictis *deciſ.* 218 *num.* 4. & 5. Oſaſcus *deciſ.* 160. *num.* 12. Natta *conſ.* 353. *num.* 11. Surdus *conſil.* 372. *num.* 12. *volum.* 3. & *deciſ.* 45. *num.* 10. vbi plurimos refert, & *tractat. de alimentis* 1. *part. quæſt.* 124. *num* 7. & 8. Barboſa *in l. diuortio, §. fin. part.* 1. *num.* 46. *verſic. Similiter, & quando ſoluto matrimonio*, Maſtrillus *deciſ.* 29. *part.* 1. & *alij plures*, Caſtillo *deciſ.* 14. *num.* 20.

226 Tertio, nam hoc etiam operatur reſciſſio huius alienationis propter læſionẽ enormiſſimam, vt ſupra dictum eſt *ex n.* 90. in qua veniunt fructus, quia ex ea titulus irritatur, Gãma *deciſ.* 94. *num.* 3. vbi dicit ita deciſum Flores *ibi in addit.* Zeuallos 3. *part. quæſt.* 763. *n.* 44. Cancer. *lib.* 1. *variar. cap.* 13. *num.* 43. *in* 2. *editione*. Fontanella *deciſ.* 64. *num.* 2. Mangil. *de ſubhaſtat. quæſt.* 43. *num.* 10. & 11. & *quæſt.* 96. *num.* 2. Giurba *deciſ.* 105. *num.* 8. 9. Caſtill. *de tertijs capit.* 18. *num* 99. *vſque ad* 100. alter Caſtillo *deciſ. Sicil.* 14. *num.* 19. & 20. *tom.* 1. Maſtrill. *deciſ.* 247. *num.* 3. & 4.

227 *Prætenſio actricis in hoc* 3. *articulo proponitur.*

228 *Aliqua in facto proponuntur, vſque ad numero* 233.

234 *In iudicio rei vindicationis, per litis conteſtationem res efficitur litigioſa.*

235 *Et non poteſt alienari.*

236 *Quæ prohibitio procedit etiam in Fiſco.*

237 *Sententia prolata contra alienantem præiudicat emptori, quando alienatio fuit poſt litem motam.*

238 *Et poteſt tertius virtute rei iudicatæ contra venditorem obtentæ conueniri.*

239 *Præcipuè ſi tertius ad litem fuit citatus.*

240 *Vitium litigioſi in alienatione neceſſaria non procedit.*

241 *Alienatio neceſſaria quando dicatur, & quando voluntaria.*
Et exemplificatur.

242 *Fiſcus voluntariè hunc redditum Regium in ſolutum dedit tertijs poſſeſſoribus.*

243 *Lancellot. de attentat. cap* 4. *limitat* 8. *explicatur.*

244 *Vitium litigij in his annuis redditibus conſtituitur.*

245 *Resolutio hypothecæ per dolum facta nihil operatur.*

246 *Glos. in l. 1 ff. de distract. pignor. explicatur, quòd quando possidens rem hypothecatam, illam per dolum alienat, tenetur actione hypothecaria respectu pretij.*

247 *Nouatio, aut delegatio debiti, seu hypothecæ remissio per dolum, nihil operantur.*

248 *L. lex vectigali, ff. de pignor. explicatur, quòd eius decisio non procedat extante dolo.*

249 *Nouæ venditiones regiorum reddituum factæ per dolum nihil operantur.*

250 *Bart. in l. in diem, ff. de aqua pluuia arcend. n. 2 declaratur, & num. 251.*

252 *Dolus emptorum proponitur, vsque ad 255.*

ARTICVLVS III.

Contra Nicolai Balui testamentarios, & alios cõsortes, quibus durante lite huius redditus pars adiudicata fuit.

227 IN hoc tertio articulo intendit D. Frãciſca de Salazar ſententiæ primæ cõfirmationem intelligendã eſſe contra hos tertios, quibus pars dicti redditus diſtributa fuit, hac litependente, non obſtante noua venditione, quam in ſui fauorem illi expediri fecerunt, & quòd ita declaretur, & quòd reſpectu horum ſententia proferenda ſit reuiſionis, & quòd ita pronuntietur.

228 Ad huius prætenſionis intelligentiã præſupponitur in facto D. Franciſcam de Salazar die 13. Februarij anni 1613. actionem pro hoc annuo redditu intentaſſe contra Regium Fiſcum ad eius reiuindicationem, quã D. Fiſcalis conteſtatus fuit ad finem menſis Maij eiuſdem anni, & hoc tempore nec duobus annis ſeqq. nulla pars huius redditus creditoribus ſalinarum applicata fuit.

229 Et ideò D. Franciſca in alia ſecunda petitione, & actione, quam propoſuit ſuper hoc redditu credens primam deperditã fuiſſe, petijt, vt hac litependente minimè alienaretur, nec diſtribueretur ſub proteſtatione quòd alienatio eſſet nulla, & quòd exequutoria, quam obtinere ſperabat, executioni mandaretur contra dictos tertios, & poſteà aliam petitionem produxit in hoc ipſo inſiſtens, & ſuper eo petijt pronuntiari, & hoc articulo concluſo Senatus per ſuam interloquutoriam ſententiam partes ad probandum admiſit in negotio principali, & denegatum fuit quod petebat ſuper dicta diſtributione, quo facto cauſa fuit proſequuta in principali.

230 Et ex anno 607. vſque nunc dominis reddituum diuerſæ huius redditus partes diſtributæ fuere ex eius capitali, quæ ſummam 2. qs. 188ℓ672. marapetinorum fecerunt, vt patet in cauſa, & 6ℓ090. marapetini quot annis.

231 Pronuntiata iam prima viſionis ſententia, D. Franciſca aliam petitionem præſentauit, in qua ſupplicauit à dicta probationis interloquutione, petens ex diuerſis rationibus, quas pro ſua iuſtitia allegauit eius reuocationem, & quòd illud intimaretur illis, ad quos peruenerant partes capitalis dicti redditus eis diſtributæ: quo eis intimato, & concluſo articulo, cum D. Fiſcali, & cum illis pronuntiata fuit ſententia primæ reuocatoria, & præceptum fuit capitale dicti redditus pro illo tempore non diſtribui.

232 Poſt hæc, reuiſionis inſtantia proſequuta fuit cum D. Fiſcali, & cum illis, eis in forma citatis, & ſolùm liti ſe obtulerunt Nicolai Balui hæredes, cùm cæteri fuerint contumaces, & tam vni, quàm alteri in hoc fundamento perſiſtunt, ſcilicet quòd cùm poſſideant redditus pro noua venditione, ſufficientem habent titulum ad ſuam defenſionem.

233 His ſuppoſitis, D. Franciſca ad hoc vt dicti tertij ſint condemnandi, habet pro ſe ſolidiſſima fundamenta.

234 Primo, nam reiuindicationis petitione propoſita, & ſpecialiter conteſtata, prædictus redditus effectus fuit litigioſus, *l. 2. auth. litigioſa, C de litigioſis*, Couar. *in practicis capit. 15. num. 6. in princip.* Farinac. *in fragment. criminal. tom. 2. liter. L. num. 279* quod procedit, etiamſi lis ſit ſuper nominibus debitoris, quia etiam fiunt litigioſa per litis conteſtationem, Innocentius *in cap. ex parte de arbitris num. 4.*

235 Ex quo ſequitur, quòd litependente nullo modo redditus potuit alienari, nec inter creditores diſtribui, *l. 2. C de litigioſis*, Farinac. *in fragment. tom. 2. liter. L. num 235. & n. 236. cum pluribus ſeqq.* vbi latè ampliat.

236 Quæ prohibitio etiam in Fiſco procedit, quia adhuc non poteſt ab eo alienari res, ſuper qua qua controuertitur, *l. res quæ 22. ff. de iure Fiſci*, eleganter Petr. Ant. de Anguiſ. *conſ. 49. lib. 2.* Peregrin. *in tractat. de iure Fiſci lib. 4. titul. 6. de litigioſis num 19. & lib. 7. tit. 3. ſub num. 10.* Lancellot. *de attentat. 2. part. cap. 4. in præfat. num. 533. & declaratione 4. num. 34. & 35.* Farinac. *in fragment. tom. 2. liter. L. num. 243.*

237 Secundò, nam ex hoc ſequitur, viſionis ſententiam contra Regium patrimonium pronuntiatam dictis tertijs, in quos pars redditus diſtributa fuit, præiudicium generaſſe, & cum illis fuit prima ſententia ſicut cum Fiſco, quia ſententia lata contra Authorem nocet ſingulari ſucceſſori, quãdo ſucceſſit poſt litem motam, Bart. *in l. ſi ſuperatus ad fin. ff. de pign.* Alexand. *in l. ſæpè num. 69 ff. de re iudicat.* Cranet. *conſ. 622. num. 3. volum 4 & conſ. 845. num. 2. volum. 5.* Petrus Surd *conſ. 189. num. 8. & n. 46. & 47. vol. 2.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 53. num. 36.* qui non ſolum loquuntur in ſententia,

tia, ſed etiam in cauſæ actibus, vt præiudicent tertio ſingulari ſucceſſori.

238 Et ex hoc profluit, quòd D. Franciſca poſſet exequutoriam, quam contra Fiſcum obtineret, exequutioni mandare contra hos tertios poſſeſſores ſine nouo proceſſu, etiam quòd litigium ignorarent, eſt enim vitium reale, & rem, ad quemcumque vadat, afficit, & ita ſententia poteſt exequi contra tertios ſine nouo proceſſu, Bart. *in l. 1. §. vltim. ff de litigioſis, & in l. fin. C. eod. tit.* & ibi Salicetus, Bald. *in l. 1. C. communi diuidundo*, Mohedanus *deciſ. 12. aliàs 1. tit. de ſententia & re iudicata*, vbi loquitur generaliter in quocumque litigatoris ſucceſſores, ſiue ſit mediatus, ſiue immediatus, Couar. *in pract. cap. 15. num. 7.* vbi loquitur etiam quando tertius litigij vitium ignorat. Alexand. Raudenſ. *lib. 1. variar. cap. 12. nu. 42.* Chartarius *deciſ. 55. num. 2.* Parlador. *lib. 2. rerum quotid. cap fin. 4. part. §. 5. nu 6.* Zeuall. *3. part. quæſt. 820. nu. 32. & ſeqq.* Trentacinq. *lib. 2. variar. tit. de iudicijs, reſolut. 17. num. 49. cum ſeqq.* Lancellot. *de attentat. 2. part. cap. 4. in præfat. num. 531. & 532. & 3. part. cap. 30. num. 165. & 166.* Gipſius *deciſ. Bononienſ. 55. n. 18.* vbi dicit ſententiam exequi poſſe contra tertium, qui rem adquiſiuit, etiamſi ignorauit vitium litigij, Surdus *conſil. 334. num. 13. vol. 3.* Portoles ad Molinum *tom. 2. verbo exequutio num. 59. pag. 646.* Rota *deciſ. 100. part. 1. diuerſorum num. 23.* vbi dicit tertium poſſeſſorem, qui adeptus eſt poſſeſſionem litependente, non impedire exequutionem ſententiæ, D. Valençuela Velazquez *conſil. 19. num. 49. & 50.* Mareſcotus *lib. 1. variar. cap. 86 numer. 59. vſque ad fin.* Gratian. *lib. 3. diſcept. forenſ. capit. 502. ex num. 22. & 25.* vbi benè explicat Maſtrill. *deciſ. 239 num. 2. & ſeq lib. 3.* vbi latè cõ probat Farinac. *in fragment. crimin. tom. 2. liter. L. num. 326. & ſeqq.* Giurba *deciſ. 62. num. 6.* Gaito *de credito cap. 2. tit 3. num. 631. & ſeqq.* Salgad. *de Regia protect. part. 4. cap. 8. num. 168. pag. 374.* & ideò non eſt dubium, D. Franciſcam reuiſionis ſententiam in ſui fauorem habere contra dictos poſſeſſores, & poſſe eam contra illos exequutioni mandare.

239 Et hoc clariùs procedit, cum illi citati ſint ad omnes actus huius cauſæ poſt dicti redditus partium adiudicationem eis factam, vt poſt Neuizanum *conſil. 20. num. 15.* probat Farinac. *in fragment. tom. 2. liter. L. num. 329.*

240 Tertiò, nam non obſtabit, ſi opponatur à dictis tertijs, quòd licèt certa ſint ſupradicta, tamen limitata ſunt, quando alienatio eſt neceſſaria, ſicut in noſtro caſu, quia quamquam non illis, Authoribus tamen ſuis partes dicti redditus in ſolutum datæ fuerunt, quas hodie poſſident pro eo quod ex eadem conſignatione eis debebatur, & quando alienatio eſt neceſſaria, non habet locum vitium litigioſi, Lancellot. *de attentatis cap. 4. limitat. 8.* Nam reſpondetur.

241 Primò, terminos, in quibus Doctores allegati à Lancelloto loquuntur pro exemplificanda alienatione neceſſaria, quam plurimum à noſtro caſu differre, nam alienatio neceſſaria eſt, quando habet originem neceſſariam à debitoris voluntate independentem, veluti quando res confiſcatur, aut propter vtilitatem publicam aufertur, vt exemplicat Borrellus *in ſumma deciſ. tit. de laudimijs num. 44. & 45.* Fontanel. *deciſ. 278. ex nu. 10.* Sed quãdo alienatio, licèt fiat reluctante debitore, habet originem voluntariam, quia ſcilicet bona eius venduntur pro ſoluendis debitis, quæ cõtraxit, tunc abſque dubio hæc alienatio dicitur voluntaria in ſpecto initio, Bald. *conſi. 306. verb. Inueſtituræ in fin. volum. 1.* Theſaur. *deciſ. 185.* Franch. *deciſ. 277 & deciſ. 482.* Gutierr. *de gabel. lib. 7. pract. quæſt. 22. per tot.* vbi benè diſtinguit Ricc. *in praxi Eccleſ. for. ad fin. in deciſionibus omiſſis deciſ. vltim. pag. 813. tom. 1.* Annel. Amat. *conſil. 70. num. 12. & ſeqq.* Mieres *de maiorat. 4. part. quæſt. 1. limitat. 5. num. 21. & 22. & ſeqq. fol. 138.* vbi benè exemplificat Matius Giurba *ad ſtatuta Meſſanenſ. cap. 9. gloſſ 2. num 10.* vbi declarat, qualiter dicatur debitum neceſſarium, Ludouicus Cencius *de cenſibus p. 2. cap. 2. quæſt. 1. art. 4. num. 26. & 27. pag. 130.* vbi dicit, quòd non eſt neceſſaria alienatio, quando fit ad debita perſoluenda, Camill. de Laratha *conſil. 1. num. 35. vſque ad 41.* vbi loquitur de alienatione rei emphyteuticæ, *& nu. 49.* vbi ex Baldo dicit dationem in ſolutum factam à iudice, idem operari, ac ſi facta fuiſſet à parte, quia factum à iudice æquiparatur facto partis, *ex l. ſi ob cauſam, C. de euict onibus*, plenè Fontanel. *dict. deciſ. 278. à numer. 2. vſque ad 9.*

242 Quod omne in hoc negotio exuberanter procedit, quia hæc conſignatio ex parte Regij Fiſci creditoribus facta, non fuit actus neceſſarius, nec in ipſa adiudicatione, quando quidem ad eam faciendam nec fuit, nec potuit via executiua conueniri Fiſcus, & ex alia parte, & alijs effectibus poterat ſatisfacere, cũ Fiſcus tot habeat, & ſemper ſit ſoluendo.

243 Secundò, nam licèt Lancellot. *dict. limitat. 8.* loquatur de neceſſaria alienatione, deciſiones Rotæ ab eo adductæ pro eius exemplificatione dubiè loquuntur, & in ſumma omne quod in illo caſu adducit, dirigitur ad probandum, quòd quando exequutio fit pro debitis, & obligatione inſtrumenti guarentigij, non incurruntur pœnę impoſitæ vendentibus & accipientibus res litigioſas, quia videtur dolus ceſſare, vt innuit Lancellotus *dict limitat 8. num. 10. 11. & 12.* attamen ad intereſſe partis litigantis, & quòd poſſit ſententiam ſuam contra tertium, cui datur res in ſolutum, exequi, & ad hoc vt huic tertio præiudicium generent ſententia & acta, firmæ manent iuris diſpoſitiones, quæ in alienatione rei litigioſæ pro-

procedunt: nam si debitor in solutum creditori suo rem non suam dat, aut super qua lis versatur, rem in eum transfert cum sua qualitate, & cum eodem iure, quo ipse eam possidet: & ideò qui litigauerit causam cum debitore, poterit eam cum creditore prosequi, & exequi contra eum sententiam, quam obtinuerit, vt in terminis probat Felicianus *in tract. de censib. tom 2. lib 3. cap. 4 num. 12. vers. Quod videtur inferri pagin. mihi* 117. vbi dicit, quòd creditor, qui virtute sui instrumenti guarentigij potest viam exequutiuam intentare contra tertium possessorem, poterit etiam hoc facere, si iste tertius rem possideat ex causa iudicati, quia adhuc poterit contra ipsum via executiua procedi. Neuizan. *consil. 12. num. 11. & 12.* vbi singulariter dicit Principis authoritatem alienationem rei litigiosæ permittentis solum operari pœnarum ob hoc incursarum remissionem, non verò tertij ius, qui est qui pro suæ sententiæ exequutione litigat contra tertium possessorem, specialiter si post alienationem eum citari fecit: quod sequitur Farinac. *in fragment. crimin. tom 2 liter. L nu.* 271. vbi Neuizanum refert & sequitur, Petr. Anton. Anguisola *consil. 49. lib. 2.* vbi loquitur in eisdem terminis, nempè quando Fiscus rem litigiosam in solutum dat, vt scilicet sententia possit exequi contra tertium possessorem, Surdus *consil. 334. num. 13. lib. 3* vbi loquitur quando datur in solutum res litigiosa, vt scilicet sententia contra creditorem sic accipientem possit exequi.

244 Quartò, quia nec oberit, si opponatur dictos tertios possessores has redditus partes pro nouis venditionibus possidere, & ideò securos esse, & contra eos reivindicationem locum non habere. Quia respondetur.

Primò, vitium litigij procedere, & locum habere, nō solum contra rem, de qua disceptatur, sed etiam contra eam, quæ in eius locū subrogatur, vt in puncto resoluit Lancellotus *de attentat. p 2. c. 4. in præfat. n. 540.* & ita licèt hi redditus non essent ijdem, super quibus lis agitur, sed alij in eius locum substituti, adhuc contra eos poterat sententia & exequutoria ad effectum perduci.

245 Secundò, nam omne quod de nouis venditionibus, & earum efficacia dictum est suprà *allegat. 14.* procedit solum modò quando efficiuntur cum bona fide: at verò quando fraus & dolus interueniunt, non operantur hypothecarum redditus, aut dominij extinctionem, quod probat *l. seruum de pignoribus*, vbi dolus, qui committitur, ad hoc vt res pereat quæ hypothecæ supposita est, nō prodest ad hypothecæ extinctionem, & hoc modo limitatur, *l. sicut 8. ff. quibus modis pignus, vel hypoth. soluitur*, vt aduertit *gloss. 1.* ibi quam sequuntur Bart. Alberic. Bald. Fulgos. & Salicetus.

246 Et in quæstione *glos. in l. 1 ff. de distraction. pignor.* quæ resoluit in actione hypothecaria pretium non succedere loco rei (in qua Doctores variè distinxerunt, & in diuersas partes abierunt) quando ille, qui possidet rem hypothecatam, eam in fraudem alienat, certum est pretium loco rei succedere, & idem procedit in omnibus actionibus realibus, aut personalibus extante fraude, *l. qui à debitore in fin.* vbi pulchrè notat Bart. *ff. quæ in fraud. credit.* & post Paulum resoluit Vtillus *in addit. ad Afflictum decis. 190. n 3.*

247 Et hoc ipsum probant *l. ait Prætor, §. si cum mulier, l. si pignus 18. ff. quæ in fraudem creditorum*, in quibus nouatio, aut delegatio debiti, seu hypothecæ remissio facta in fraudem, non operantur in creditorum præiudicium.

248 Et in terminis *l. lex vectigali, ff. de pignoribus*, in qua punctus hìc nouarum venditionum deciditur, quia resoluto iure dantis, resoluitur ius accipientis, si in illo casu resolutio contractus accideret ob dolum, seu fraudē debitoris, scilicet ob non solutionem canonis debito tempore in suorum creditorum præiudicium, & eo animo, tunc etiam quòd contractus resolueretur, & res rediret ad dominum hypothecæ à debitore contractæ nō extinguentur propter dictam fraudem, *l 3. §. gesta, ff quæ in fraudem creditorum*, & in terminis ita obseruat Ioanes Philippus Testay *allegat. 13. n. 86. & 87 pag mihi* 376. Rouitus *cons. 53. nu. 19. lib. 1.* qui hoc vtitur argumento ad excludendam contractus resolutionem.

249 Et in specie in nouis venditionibus, quòd quando in fraudem fiunt, non prosint ad hoc vt redditus nouus naturam, & qualitatem antiqui amittat tam quoad dominium, quàm quoad hypothecam, probat Ioannes Garcia *de hypotheca post contractum num. 21. & 22.* & ita communiter in Supremo Senatu practicatur, nam existente fraude non prodest noua venditio ad tertiorum præiudicium.

250 Quinimò instari potest, quòd quando noua venditio sine debitoris fraude celebratur, cui redditus redimitur, & alius nouus formatur in fauorem ementis, cùm pecunia redemptionis, & nouæ constitutionis sit solùm introitus & exitus, non sine fundamento probari potest, non extingui redditus antiqui hypothecas, sed quòd nouus illis subiaceat: nā hæc quæstio fundatur in ea, quam Bart. formatin *l. in diem 9. ff. de aquâ pluuia arcenda, nu. 2.* qui quærit, si res vendatur cum pacto de retrouendendo, vsque ad certum tempus, & durante tempore emptor eam hypothecæ supponit, & postea retrouendit, an extinguatur hypotheca, an verò cum ea reuertatur res in potestatem primi venditoris. In quo distinguit, quòd si res reuertatur ad venditorem, vel

alium

alium Authorem de neceſſitate, quòd tunc reſcinditur omne ius ſeruitutis, vel pignoris ab emptore, aut reuertitur de voluntate, vel de facto debitoris ad hoc directè ordinato, & ius conſtitutum non reſcinditur, ad quod allegat *l.4. in princip ff quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit.* & alia iura, & hæ nouæ venditiones, quę in Regia [illegible] confirmatæ dobrantur, emptoribus rem iudicatam contra Fiſcum obſtare, & contra eos executioni mandandam eſſe iuxta ſupra reſoluta *numer. 227. cum ſequentibus.*

dicata eis præiudicat, non enim negotium cõſiſtit in hoc quòd quis poſitus ſit in ſententiæ capite, quia ſufficit litem cum eo agitatã fuiſſe, vt reſoluit Paul. *in l. cum filius in princip. nu. 3 ff. de verb. obligat.* Surd. *conſ. 334. num. 11. ad fin. & num. 12.*

255 Ex quibus concludimus primam ſen[illegible] tentiam ea forma & modo, quo D. Franciſca

SVMMARIVM Allegationis 30.

1 *Prætenſio partis proponitur, & num. 2.*
3 *Læſio ad reſcindendam vxoris renuntiationem an excludatur per diuitias ſuperuenientes, quæſtio noua, & à nemine deciſa, & num. 4.*
5 *Læſio conſideratur ſecundum tempus celebrati contractus.*
6 *Et in reſtitutione filiæ, aduerſus renuntiationem legitimæ propter dotem.*
7 *Et in læſione, ad petendam in integrum reſtitutionem à minore.*
8 *Barboſ. in l. 1. ſolut. matrim. 5. p. n. 51. & 52. ponderatur.*
9 *Pater, qui ob nu. 12. liberorum immunitatem fuit conſequutus, eam non amittit, quamuis aliqui ex eis decedant.*
10 *Vxor tempore ſoluti matrimonij pauper, non amittit beneficium authent. prætereà, Cod. vndè vir & vxor, etiamſi diuitiæ ſuperueniant.*
11 *Ponderatur Decius conſil. 24. extendens priuilegium dict. auth. prætereà ad caſum ſuperuenientiæ diuitiarum ante litem motam, & num. 12.*
13 *Idem procedit in priuilegio, l. ſi quis decurio, C. de decurion lib. 10.*
14 *Filius fruitur beneficio tituli, ff. & C. quod cum eo, etiamſi poſtea ſuperueniant bona paterna.*
15 *Ponderatur in eadem materia reſolutio Rouiti ad pragm. Neapolit. tit. ad Macedonian. num. 28.*
16 *Vxori competit beneficium reſciſſionis contractus ex amiſſione magnæ quantitatis dotis, etiamſi dimidia pars illi incolumis remaneat.*
Fontanella de pact. nupt. tom. 2. clauſul. 7. gloſ. 3. part. 13 à num. 28. cum ſeqq. ponderatur.

17

contractum num. 21 & 22. in qua[illegible] ſuetudini reſeruat: & Bart. diſtinc[illegible] niter eſt recepta, & pleniſſimè re[illegible] vicus Caſanate *conſ. 10. num 154.* [illegible] *155. ad fin.* refert, ad idem Ioann[illegible] vbi proximè *num. 19. & 21.* & Ba[illegible] nem ſuprà adductam comprob[illegible] pio Rouitus *d. conſ. 53. num. 17.* v[illegible] ponderat ad excludendam reſol[illegible] tractus, & probat per hunc actu[illegible] hypothecam non fuiſſe extincta[illegible]

251 Sed in hac cauſa non eſt[illegible] ius quæſtionis diſceptatio, nam [illegible] ditio ob dolum celebratur, nu[illegible] dubium in eo quòd hypothecæ [illegible] tur, nec redditus naturam ſuam [illegible] ſua antiqua forma permanet.

252 Etenim in hoc caſu ho[illegible] rum dolus ſufficienter conuinci[illegible] litigij vitium rem afficit, ad que[illegible] dat, & in eo dolum præſumit, li[illegible] narus, vt dictum eſt *num. 238.* tù[illegible] poſſibile, quòd poſitiuè litem, qu[illegible] redditu agitabatur, ignorarent, & [illegible] ſiquidem ad eam cautelandam [illegible] applicuerunt conſummentes c[illegible] tiones nouas, quas habebat dict[illegible] tot priuilegia expedientes, & [illegible] coniecturis probantur, vt ſuprà[illegible] 205. & in terminis in contractu[illegible] catione, & cautelarum non vul[illegible] catione, Farinac. *tom. 5. de falſit. contractus q. 162. n. 154.*

253 Deniquè alia doli præſu[illegible] hos tertios poſſeſſores militat, [illegible] runt diſtributæ hæ redditus parte[illegible] indiuiduali articulo à D. Franc[illegible] cum D. Fiſcali ſuper dicta diſtr[illegible] hoc vt non fieret litependente: & [illegible] D. Franciſca ſupplicaret, cùm ca[illegible] ne, & tertiorum citatione, pronu[illegible] uiſionis ſententia iubens dictam [illegible] ſtributionem minimè fieri litepe[illegible]

254 Et licèt in hac reuiſionis [illegible] ſint poſiti dicti tertij poſſeſſores,

17 *Ciriac.tom.2.controuers.216.numer.ponderatur.*

18 *Et Castillo decis.234. num.14. vsque ad 17. dum dicit in Senatu siculo practicari contra decisionem decis. Thesaur.223.& n.19.*

20 *Læsio in bonis extradotalibus non attenditur. Thesaur.decis.223.n.14.refertur.*

21 *Et explicatur, dum loquitur circa læsionem augmenti dotalis.*

22 *Quod augmentum intelligitur de constituto à marito, & non de procedente ex bonis vxoris.*
Fontanel.tom.2.clausul.7.gl.1.p.2.n.14.& seqq.explicatur.

23 *Contractu annullato omnes illius clausulæ annullantur.*
Fontanel.tom.2.claus.7.gl.2.p.6.nu.41.& 42.explicatur.

24 *Metus reuerentialis cum læsione operatur rescissionem contractus,& n.25.*

26 *Dos constante matrimonio constituta, habet priuilegium veræ dotis.*

27 *Fontanel.tom.2.clausul.14.gl.vnic.p.1.n.93.vsque ad 95.explicatur.*

28 *Rota per Farinac.decis.775.nu.5.p.2.in recentioribus,& decis.731.num.5.tom.1.in posthum.& apud Cencium decis.32.post tract.de censibus, est vna decisio in tribus libris collocata.*
Et reijcitur quatenus dicit sustineri posse læsionem in bonis paraphernalibus.

29 *In Hispania nulla differentia constituitur inter bona dotalia & paraphernalia,& num.30.*

31 *Quælibet exceptio in via exequutiua probata intra decem dies admittitur,& n.32.*
L.1.& 2 tit.21 lib.4.Recop.explicantur.

33 *Exceptio in dotationis aduersus cameralem obligationem admittitur,& n.34.*

ALLEGATIO XXX.

PRO

Maria del Moral.

CONTRA

Ildefonsum Lopez Romero.

EPITOME ALLEGATIONIS.

I Mulier propter indotationem potest contractum rescindere, etiamsi post celebrationem ipsius, alia bona ex parentum hæreditate adquirat, ex quibus non remaneat indotata.

II Ad indotationem aliquando nõ consideratur læsio vltra dimidiam partem dotis, sed minor sufficit.

1 MAria del Moral fideiussit pro Ildefonso Diaz del Aguila eius viro in magna pecuniarum quantitate, quæ non solum dimidiam, sed totam dotem consumebat, & opposuit se exequutioni in suis bonis petitæ per Ildefonsum Lopez Romero creditorem, allegando esse reuocandam ex capite metus reuerentialis, & læsionis, ex qua penitus indotata remanebat, adducendo pro se omnia in præcedenti allegatione cumulata.

2 Sed pro parte creditoris replicabatur, quòd quamuis tempore fideiussionis ex ea remaneret indotata, post eam verò factam obuenit ei hæreditas Annæ Fernandez matris suæ, quæ aggregata doti acceptæ à viro tempore matrimonij indotationem excludebat, cum etiam soluta fideiussionis quantitate, ei non solùm dimidia, sed penè tota dos remanebat.

3 Quæ quæstio vt noua, & à nemine adhuc disceptata, valdè controuersa fuit.

4 Et pro Maria del Moral sequentia proponebam fundamenta.

5 Primum, quod si læsio in dote rescissionem contractus operabatur, hæc tempore cõtractus debet considerari, *l.si voluntate, Cod. de rescind.vendit.* Cagnol. *in l.2.cod.tit.num.213.& seqq.*

6 Et in renuntiatione facta à filia, quæ dote contenta renuntiat bona paterna, quod valor eorum attendatur iuxta tempus renuntiationis, probat Couarr. *in cap. quamuis pactum 3 part.cap.1.num.2.§ 4.num 7.vers.Vndecima conclusio*, & ibi Gutierr. *verb. A filia*, Molin. *lib.2.cap.3.n.29.* Surd. *cõs.488.n.26.* Cancer. *lib.3.var.c.15 n.65.& seqq.* Amat. *resolut.23. n.5.6.& 7.tom.1.*

7 Et in qualificanda læsione pro in integrum restitutione impetranda, idẽ tradit Sforcia *de restit.q.57.art.3.n.18.* Giurb. *decis.105. n.2.& 3.* vbi ad longum.

8 Secundum desumitur ex Barbos. *in l.1. solut.matrim.5.part.num.51.in fin.vers.Pro cõcordia videtur dicendum,& num.52.* vbi contra alios resoluit ad qualificandum, an mulier remaneat indotata, tempus obligationis considerandum esse, nec inspiciendum quod posteà euenit in bonis mariti: atque ita cum fideiussionis tempore Maria del Moral, inspecta dotis quantitate, & bonorum mariti, remanserit penitùs indotata, rescissio obligationis accidit.

9 Nequè curandum est de pingui hæreditate materna superuenienti, ad conualidãdam obli-